felice mi sembra l'a. sull'ἐνύπνια di Cleagora, di cui parla Senofonte (Anab. VII, 8, 1): Εὐκλείδης, μάντις Φλιάσιος, Κλεαγόρου υἱὸς, τοῦ τὰ ἐνύπνια ἐν Λυκείῳ γεγραφότος. Contra l'opinione già altrove esposta dall'a. (come pure dal Letronne), che Cleagora avesse dipinto apparizioni di sogni, si oppose il Welcker (Allg. Literatur-Zeitung, 1836 n. 183), col quale io debbo consentire. L'a. ora adduce per difesa un passo di Alcifrone (Epp. 3, 59): παρ' ἕνα τῶν τὰ πινάκια παρὰ τὸ Ἰακχεῖον προτιθέντων, καὶ τοὺς ὀνείρους ὑποκρίνεσθαι ὑποσχομένων; » car il est bien évident qu'il ne peut être question ici que d'une *exposition de petits tableaux peints* ». Ciò che non puot'esser vero: le parole ὀνείρους ὑποκρίνεσθαι mostrano che quelle πινάκια (ὀνειροκριτικὰ) servivano come libri per la spiegazione dei sogni; e viene in ajuto il passo di Pausania (VII, 25, 6), dove si dice che ἐπὶ παντὶ ἀστραγάλῳ σχήματα γεγραμμένα ἐν πίνακι ἐπίτηδες ἐξήγησιν ἔχει τοῦ σχήματος; onde per niente siamo autorizzati di prendere l'ἐνύπνια per » peintures des apparitions en songe ». Bene finalmente osserva il Welcker, come il mestiere del figliuolo, che era μάντις, si addattasse coll'occupazione del padre in simili materie.— Aggiungeremo di poi alcune parole su quel Demetrio, menzionato come τοπογράφος da Diodoro (excerp. Vat. lib. XXX. p. 84 ed. Mai), che l'a. prende per pittore paesista. Condurrebbe troppo lontano investigare la fede delle parole di Plinio (35, 10, 37), che dice al tempo di Augusto da Ludio fosse inventato quel genere di pittura. Sia detto solamente, che il passo di Varrone (r. r. I, 2) sulle credute pitture nel tempio di Tellus, anzi che provare l'opinione dell'a, ci addita una spiegazione molto più naturale. Le parole » spectantes in pariete *pictam Italiam* » non possono riferirsi che a carta geografica; i Romani avranno dunque potuto chiamare un fabbricatore di tali topografie pictor, come l'ha fatto Valerio Massimo (V, 1, 1, ext.) parlando dello

stesso Demetrio senza aggiungerne il nome; per i Greci non c'era parola più conveniente di quella d'un topografo.—Finalmente di un passo di Diogene Laerzio (IX, 49), che adduce per la storia dei due statuarj Democriti, fà un falso uso, riferendolo all'autore di una statua di Lysis (Spon. Misc. p. 138), essendochè quello citato da Diogene sembra appartenere a qualche scuola antica. Ciò che si adatta all'età dell'altro Sicionio, che fiorì verso l'olimpiade centesima, mentre sul tempo del primo non sappiamo niente affatto.

Parleremo ora dei nuovi artefici ricavati dagli antichi scrittori. Se quì vogliamo ammettere pure quei dell'età mitologica, troppo si fà dominare l'a. dal prurito di accrescere numeri, proponendo quel Tychios, che avea fatto lo scudo di Ajace (σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Il. VII, 221); ma questi non era certamente artista, se non vogliamo crearne una classe nuova, cioè di artisti in cuojo. Con più dritto avrebbe dovuto richiamar l'attenzione su Calos, discepolo di Dedalo e da lui ucciso per gelosia (Paus. I, 21, 4; 26, 4). Era questo già prima indicato dallo Schultz nei supplimenti al catalogo silligiano (Iahns Iahrb. 1829, III, 1), che l'a. sembra ignorare, benchè ce ne dia notizia il Mueller (Handb. p. 62.).—Gran numero di artisti forniscono le poesie dell'Antologia, ma non si prese cura di ricavarne quello che in effetto poteasi. Così p. e. se vogliamo ricevere Leontichos (Leonidas Tar. n. 4), nemmeno dovea mancare Theris (ibid. n. 28), benchè io giudicherei meglio, di non ammettere nè l'uno nè l'altro. L'architetto Auxentios (Annall. III. p. 236) già è stato aggiunto dal Curtius nel sopracitato articolo.—Dalla notizia di cotali artisti sebbene poco per ora risulta in vantaggio della storia, nondimeno era con fondata ragione, che il Welcker e l'Osann cercarono di compiere il catalogo generale, a cui anche l'a. nostro avea ajutato, perchè in archeologia si deve far tesoro

d'ogni più tenue testimonianza. Ma pochi acconsentiranno di estendere il numero nella maniera dall'a. proposta per uomini, che appena possono chiamarsi artisti. Sono essi principalmente gli ingegneri, architetti militari ed i meccanici. Poichè quale relazione coll'arte ha l'inventore dell'organo idraulico, Ctesibio (che era pure architetto militare, ma senza che l'a. sembri saperlo)? Che ha da fare coll'arte la palomba volante di legno dell'Archytas? Molti di tali meccanici non avranno quasi mai dato mano ad opere dell'arte, ma invece n'avranno distrutte colle loro macchine, come p. e. Artemone, che » ὅπου .. χρεία μηχανῆς ἦν ἐπὶ τὸ τεῖχος καταβληθῆναι, ἢ τὸ τοιοῦτον, μετεπέμποντο (Schol. Arist. Ach. 850). Così si dovrà rigettare tutta questa classe, se non si abbiano altri testimonj per chiamarli artisti. Se all'incontro si ponesse intendimento per altri riguardi a raccogliere anche le notizie intorno gli ingegneri e i meccanici, l'a. avrebbe assai incompiutamente soddisfatto a quel tema: imperciocchè come potea mancare Democrito, a cui si ascrive l'invenzione della volta? come Archimede, famoso più di ogni altro per macchine da guerra e dunque, per parlare nella maniera dell'a., architetto militare? Basta guardare un indice di Vitruvio per assicurarsi dell'imperfezione dell'opera. Tutti gli scrittori intorno le macchine da guerra (Lib. VII. praef.) come architetti militari dovevano figurare sulla lista; non meno quei trè che insieme con Vitruvio erano proposti alla fabbricazione delle macchine da guerra (Lib. I. praef,) ec.—Giudicherà altri sul dritto di mettere al pari coi veri artisti pure i dilettanti, frai quali sono p. e. alcuni imperatori romani. E quì vuo' risparmiare a' lettori la noja di particolari osservazioni di minore conto.

Mi riferisco ai più importanti supplimenti, ai quali l'epigrafia greca ha dato luogo. L'a. ha raccolte le scoperte secondo i ragguaglj che in diversi luoghi furono

dati in preferenza dal Ross, e secondo i commentarj del Corpus inscriptionum del Boeckh. Ma essendo che quelle notizie si trovino disperse in libri che non facilmente vengono a mani di tutti, sarebbe stato lodevolissima la intenzione del nostro a. nel riunirle in un solo luogo, se anche in questo non si mostrasse meritevole di rilievo. I primi editori non diedero in luce le sole epigrafi, ma ne trassero ancora quelle conseguenze, che si offrirono loro per via di critico confronto colle notizie tramandateci dagli scrittori. Se però noi leggiamo il libro in discorso, senza conoscere quelle osservazioni, siamo indotti quasi sempre a credere, che quel merito appartenga all'a., d'onde per non dir di più gliene viene taccia d'ingratitudine verso i suoi antecessori (1). È vero che alle volte si trova qualche differenza, ma come vedremo, quasi non mai utile alla scienza; e per solito segue egli la sentenza degli autori, se c'era ragione di mettere la loro opinione alquanto in dubbio. Così quando il Ross riferisce una iscrizione frammentata dei figliuoli di Prassitele, *Cefisodoto* e *Timarco*, alle statue della famiglia di Licurgo, conosciute dal Pseudo-Plutarco (Decem orr. vit.), non vedo ragione per provarlo, imperciocchè mi sembra molto inverosimile che statue di legno fossero poste a cielo aperto; nemmeno è certo, che fossero erette vicino al Eretteo, dove fù trovata l'iscrizione. Era da notarsi pure la contraddizione, in cui si trova esso Ross, quando vuol identificare lo scultore *Strabax*, conosciuto da nuova iscrizione che egli dice appartenere alla metà del quarto secolo a. C. o circa, collo Stipax contemporaneo di Pericles. In riguardo del confronto proposto da Boeckh fra l'Arimna di Varrone e *Arimanos* d'iscrizione di Thera

(1) Che nemmeno studia accuratamente, p. e. s. v. Dorotheos » la leçon Ὡρόθεος donné par Boeckh est évidemment fautive ». Si noti le parole: Malim enim Δωρόθεος legi.

è da notarsi, che il passo di Varrone secondo le note del Mueller è troppo scorretto, per dar luogo a tali conghietture.—Seguendo poi l'a. il Ross in quanto ai nomi di *Critios* e *Nesiotes*, combatte giustamente l'opinione da lui esternata, che il primo sia da considerarsi come scultore, il secondo come fonditore; ma la supposizione (proposta anche per altre coppie di artisti, come Polymnestos e Cenchramis), di considerarli come maestro e scolare, è pure dubbiosa secondo p. e. c' insegna il confronto dei figliuoli di Prassitele, e dei trè fratelli Moschion, Dionysodoros ed Adamas.—Differenza si trova fra l'a. ed il Ross nello stemma dei diversi *Eucheir* e *Eubulides*, la quale perora è impossibile di sciogliere. In un lungo articolo poi si tratta sopra *Aristocles*, sul quale io pure avea scritto, senza che l'a. abbia creduto necessario di guardar il mio lavoro; altrimenti avrebbe dovuto vedere, che lo stemma dei discepoli di quell'artista, da ricomporsi da due passi di Pausania (VI, 3, 4; 9, 1) è giusto; d'onde la sua conghiettura, di scrivere πεμπτὸς ἀπὸ τούτου μαθητὴς invece di ἕβδομος si rende inutilissima, siccome per sè è tutta arbitraria. Il merito delle altre osservazioni sulla confusione di diversi Aristocles appartiene al Boeckh, dal quale l'a. si scosta solamente distinguendo l'Aristocles dell' iscrizione di Boeckh (C. I. n. 23), come appartenente alla più antica scuola attica, dallo scultore del così detto guerriero maratonio; ciò che sembra meno necessario secondo l'osservazione del Boeckh, che mette la prima fra l'ol. 75—85, dove appartiene pure la stela.—E siccome l'a. ha creduto, inquanto è detto di sopra, di dovermi trascurare, in altro luogo mi potrei lamentare per quel farmi dire cose che mai non dissi, anzi contro le quali avea già manifestati i miei dubbj, se dall'una parte non conoscessi la poca accuratezza, che pone l'a. nello studiare le opere altrui, dall'altra non dovessi credere, che fosse indirizzato con-

tro di mè l'assalto, che si dà alla filologia, dei cultori della quale al certo non ha da lodarsi nel suo particolare.

Si tratta di *Endoeos,* che il Welcker avea sospettato potesse forse rigettarsi frai mitici artisti a motivo delle parole di Pausania (VII, 5, 4): ἐς τὴν ἐργασίαν ἐρῶντες ἔνδον τοῦ ἀγάλματος, che esso dice additare un nome imposto all' artista dal genere dell'arte. Ora che è arricchita la scienza di un fatto nuovo per la scoperta di monumento sepolcrale insignito col nome dell'artista Endoeos, non è difficile di combattere quell'opinione (1). E così anch'io l'avea rivocata in dubbio, concedendo solamente, che forse potesse mantenersi in riguardo del nome, almeno collo stesso dritto, con cui l'a. ci narra, attingendo dal Voelkel, come Akesas e Helicon » devaient leur nom à leur profession même et à leur habilité qu' ils y avaient acquise », senza che si abbia a pensare di mitici artisti. Del resto chi intende il latino, vedrà che le parole della citata iscrizione ΑΝΕΘΕΚΕ ΘΑΝΟΣΑΝ furono apposte come motivo del mio dubbio anzichè dell'assentimento. Vale lo stesso sul cavallo Durio, la di cui iscrizione allora conosciuta dal solo scoliaste di Aristofane (Av. 1128), dal Welcker fù creduta composta di nomi inventati e significativi. Se io diedi al nome di *Strongylion,* che offrì la base ritrovata sull'acropoli, una spiegazione analoga, questo non era detto se non nel senso della prima conghiettura; e che io non avea l'idea, di far di lui un mitico artista, lo provano le seguenti parole: vix videtur cogitari posse de Strongylione, Praxitelis aequali. Provo peraltro l'opinione del Ross (Journ. d. Sav. 1841. p. 244 sqq.) seguitata pure dall'a., che allora non mi era no-

(1) Falso è ciò che dice l'a. sulla famiglia di Endoeos. Questo nome nel noto rendiconto sui lavori dell'Eretteo si deve ad una restituzione, che non può aver luogo, come troppo corta, per la larghezza dello spazio, c. f. Ann. dell'Inst. 1843 p. 322 lin. 52.

ta, cioè di mettere Strongylion fra l'ol. 90—100 o circa. —La scoperta del nome di *Phyromachos* nella nota iscrizione dell'Eretteo rese sicura la contrastata scrittura di Philomachus, Pyromachus, Phyromachus. Conosciamo ora due artefici di questo nome: l'attico e l'altro occupato sulle opere di Attalo. Ma poco felice è la distribuzione delle diverse di loro opere, secondo ce la propone l'a., che dà al primo, oltre i lavori dell'Eretteo, il Priapo menzionato nell'Antologia (Anall. II. p. 134) e la statua dell'Esculapio. Ma essendo che questa si trovò a Pergamo, più naturale è che sia opera di quello occupato in Pergamo; pel contrario all'attico possiamo concedere la quadriga di Alcibiade contemporaneo di lui. —Se possiamo dispensarci di parlare su altri articoli, che già d'altronde sono noti, di minor importanza riescono le altre giunte. Bello è il confronto fra un' iscrizione di base, che porta il nome di Aenobarbo, mentre il nome dell' artista ΜΙΚΙΩΝ ΠΥΘΟΓΕΝΟΥΣ è scritto in lettere molto anteriori, colle parole di Dione Crisost. (or. 37. II, p. 122. R): Ἐθεασάμην καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην, τὸν Κλεινίου, ἐπιγραφὴν ἔχοντα Χαλκοπόγωνος. Ma più volte i supplimenti consistono in nomi di artisti, che occorrono in una sola iscrizione, senza che sia da aggiungersi altro. Nondimeno anche quivi il catalogo dell'a. richiede una critica revisione, per rimuovere artisti o incerti o introdotti a torto. Ne daremo alcune prove. *Archias*, creduto autore di un Palladio criselefantino e d'uno scudo secondo una iscrizione attica, (C. I. n. 150, B, lin. 17) benchè ammesso dal Boeckh e dal Welcker, non è artista, imperciocchè la parola ποιῶν non è nel testo, ma nel supplimento, che il Boeckh non dovea mettere in confronto coll' imperfetto usato per modestia dagli artisti; quivi era necessario l'aoristo. È piuttosto da supplirsi (e basta avvertirlo senz'altro): Ο ΑΡΧΙΑΣ ΕΜ ΠΕΙΡΑΙ[ΕΙ ΟΙΚΩ] Ν ΑΝΕΘΗΚΕ.—Ma

come potea l'a. chiamare artista *Nicias*, secondo iscrizione comunicatagli dal Ross:

> Νικίας με ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι, υἱὸς Θρασυμήδεος,
> ἔργων ὧν ὁ πατὴρ ἠργάσατο τὴν δεκατήν σοι,

dove si tratta di semplice dedicazione?—*Potheinos* (C. I. n. 270) era ginnasiarca e la parola τεύξας non basta per farlo artista.—Dubbiosi riescono quei chiamati architetti a motivo della parola οἰκοδομεῖν, come Epicrates, Antinous Marcellus, non meno che Menalippo ed i due Stallii: κατασταθέντες ὑπ αὐτοῦ (Ἀριοβαρζάνου) ἐπὶ τὴν τοῦ ᾠδείου κατασκευὴν ... (C. I. 357). Imperocchè frequentemente si usano le espressioni ποιεῖν, οἰκοδομεῖν, τελευτᾶν ec. anche di quei che fecero le spese, p. e. de' tesorieri (cf. Pseud. Plut. Dec. or. vitae. Lycurg.). Era perciò giusto il dubbio in riguardo di Archedemos, tanto più che in altra iscrizione di lui si trova: κᾶπον Νύμφαις ἐφύτευσεν, ciò che non è opera di architetto, se non la rappresentanza della di lui persona con corto chitone, martello e scalpello (Curtius Kunstbl. l. l.) ce lo additasse come artista.

Poca conseguenza mostra l'a. nella scelta di quei che vuol chiamare artefici. Mentre nel suo catalogo figurano un χρυσοχόος Gurgos, un κονιάτης Manicos, un λιθουργὸς Philon, un χαλκόπτης Sosinos, non riceve dalla nota iscrizione dell'Eretteo che quegli occupati nell'esecuzione del fregio, attribuendo all'incontro a questi troppo di merito. È certo che a loro non appartenne l'invenzione, che è una sola di tutta l'opera, ma la sola esecuzione; per cui non siamo autorizzati di noverarli » parmi les habiles sculpteurs de cet âge », ma solamente fragli abili scalpellini, sebbene qualcuno per altri lavori dippoi potea procacciarsi la fama di artista (siccome p. e. l'abbiamo supposto di Phyromachos). Giusta è pure l'osser-

vazione dello Stephani (Ann. 1843. p. 292), che l'architetto Archilochos, menzionato insieme coll' ὑπογραμματεὺς e ricevente basso pagamento, non sarà stato il primo architetto, ma piuttosto il secondo; mentre il primo sembra Philocles, nominato fra gli ἐπιστάται.

Non può essere intenzione nostra, di supplire alle ommissioni dell'autore. Ma che anche quivi non sia usata la diligenza necessaria, il mostrano i seguenti esempj tratti da scritti, che non erano ignoti all'autore secondo altre citazioni. Così manca Praxias di Melite (1), occupato nei lavori dell'Eretteo; manca Exekèstos, che il Ross (Kunstbl. 1840, 17) mette fra l'ol. 105—15; mancano Xenophilos e Straton, noti da iscrizione argiva pubblicata dal Ross (inscr. in. I. n. 58), colla quale il Curtius (Kunstbl. 1845. n. 40) confronta altro frammento: ... ΑΘΙΟΣ || ... ΩΝΟΣ || [Ξενόφιλος καὶ Στράτ]ΩΝ ΑΡΓΕΙΟΙ ΕΠΟΙΗΣΑΝ.

Resta l'ultima classe degli artefici ricavati da epigrafi romane, alcuni dei quali dal Sillig come di minor importanza e quasi tutti conosciuti per soli titoli sepolcrali, erano rimandati all'appendice. Sono essi di numero tanto grande e di genere tanto diverso, che ci volea la più grande diligenza, attenzione e critica, per scegliere i veri artefici e non confonderli colla turba degli artigiani. Ma l'a. fà mostra di essere sprovvisto delle più elementarie cognizioni indispensabili per trattar epigrafia latina, e sarebbe tempo perduto di entrare quì in un particolare esame. Proveremo soltanto il nostro assunto.

La prima richiesta è la conscienziosa accuratezza, anche nelle cose meno importanti. Dunque è segno di negligenza, di scrivere invece di Loecanus: Laecanus, di

(1) Ne fà menzione nel catalogo dei pittori vascularj s. v. Prachis, sbagliando però nell'identificarlo collo scultore del fastigio delfico. Cf. la mia diss. Artif. lib. Gr. temp. p. 43.

Setlius: Sellius, di Vectius Nymphius: Vettius Nymphus, di Rusticelius: Rusticellius, di Veianius: Verianus. L'a. rimprovera alle volte il Sillig per aver ricevuto iscrizioni provenienti da Pirro Ligorio; ma dovea sapere che anche le schede langermanniane per gran parte provengono da Pirro Ligorio e sono perciò di sospetta fede; ed ancora meno dovea egli stesso citare una iscrizione ligoriana (Mur. XII. 12).—Ma che si dirà, quando l'a. da trè Cneii Septumii

CN . CN . CN . SEPTVMIEIS . CN . CN . C . L
PHILARGVRVS . MALCHIO . PHILEROS

fà un solo Malchio Phileros? se egli chiama un M. Caedicius Iucundus il figliuolo di un Agathopus, che secondo altre iscrizioni si chiamò M. Iulius Agathopus così che il figliuolo pure dovea chiamarsi Giulio? se spiega C. VEDENNIVS. C. F. QVI. MODERATVS per: Qui et Moderatus, invece di Quirina? se dichiara un C. Laecanus. eq. sing. Caes. argentarius (cosa peraltro oscura) per » un sculpteur sur argent et employé en cette qualité dans la maison imperiale », mentre è conoscintissimo e quasi costante il titolo di eques singularis Caesaris? se chiama un designator Caesaris o dissignator scaenarum » un dessinateur architecte dans la maison d'Auguste » o » dessinateur ou peintre de scènes dramatiques, qui le plus souvent exerçaient en même temps la profession d'architecte »? È vero che nell' italiano un disegnatore è » un dessinateur. ». Ma ora si tratta del latino; e potrà vedere l'a. dal lessico del Forcellini, cosa vuol dir in latino un designator. Veda pure ciò che nel Forcellini si dice in riguardo di barbaricarius, da cui l'a., descrivendo l'errore del Muratori, fà » un fabricant de casques et d'armures. » Che si dirà, se prende architectus in queste parole: P. Cornelius Thallus P. Cor-

neli Architecti fil., facilissimo da distinguersi come cognome pel: P. Corneli Architectiani della medesima iscrizione, per l'indicazione della professione? se,—ma voglio risparmiare ai lettori quella noja che ho provata io stesso.—Neppure nella scelta fra artefici ed artigiani si ha prova di molto senno. Per non dire degli argentieri, orefici, che certamente non sono tutti artisti, seppure l'a. cita a noja i vasi di Bernay per giustificarli, che si vogliono un colorator, lanarius, speclarius, candelabrarius, una margaritaria, altri? Ma siano artefici. Allora il catalogo dell'a. sarebbe insofficientissimo. Ommetto la inconseguenza di citarne un vasculario aretino, trè o quattro marmoraj quasi come rappresentanti di tutta la classe; basta guardar in una delle grandi collezioni il capitolo delle arti ed opificj per convincersene a sazietà. Sarebbe cosa lunga, e come ho detto, inutile, di correggere e di spurgar la lista dell'a. Se per la storia dell'arte si credesse di vantaggio una raccolta di questi artisti, bisogna farla tutta di nuovo. E perciò basta.

Che giudicheremo dunque sul libro del signor Raoul-Rochette in genere? L'a. ha rinunciato al trattare le questioni più importanti nella storia degli antichi artefici siccome troppo lontane dal suo scopo, che sia piuttosto di riparare ommissioni del catalogo di Sillig, il perchè il suo lavoro è di preferenza compilatorio. Da cotali lavori si deve esigere un disteso ed accurato uso di tutti i sussidj, diligenza, concisione e severa critica nella compilazione, nella scelta e nell'elaborazione delle diverse notizie. Ove mancano queste virtù, deve mancare la fede al lavoro, che perciò si rende inutile. Il libro in discorso non soddisfa a nessuna di esse domande. Inquanto all'uso de' sussidj, oltre le ommissioni nell'epigrafia latina, pochi esempj tolti da libri conosciuti dall'autore bastano per provare la mancanza di diligenza. Inquanto alla scelta dei materiali ed alla concisione ab-

biamo avuto occasione di notare inconseguenze e difetti principalmente nell'ammettere uomini che non erano artisti, di notare inutili ripetizioni, alle quali si aggiunga la prolissità non meno nello stile che nel trattar le cose, per la quale basta leggere alcune pagine. Finalmente inquanto al digerir criticamente, ci siamo contentati con pochi esempj tra i molti, che avevamo in pronto, per dimostrare quanto l'a. lascia a desiderare. Se nondimeno il libro contiene una quantità di notizie, che possono servire a riempiere le lacune lasciate dal Sillig, l'autore non ne ricava punto di merito. Le importanti scoperte avvenute nei tredici anni che trascorsero dal suo primo supplimento al catalogo degli artefici, gli studj posti da altri nel frugare queste scoperte, prestavano i mezzi per far un lavoro buono.

H. Brunn.

III. OSSERVAZIONI.

DE COMITIO ROMANO CURIIS JANIQUE TEMPLO

SCRIPSIT

TH. MOMMSEN ICTUS.

I. Romanorum comitium non fuisse templum, sed aream foro coniunctam saepeque eo nomine comprehensam constat; nam ut mittamus alia argumenta, erat forum antiquissimum, cum populus Romanus essent patricii. (1) At cum quaeritur quaenam pars fori illius latioris proprie ita dicatur, existunt maiores difficultates. Beckerus Bunsenium secutus fori partem meridiem versus Veliae (ita enim cum iisdem viris collem appello, qui arcum Titi sustinet et a Palatino Esquilias versus vergit) subiacentem comitium esse posuit magis quam probavit; quod aedificiorum, quae ab hac parte fori fuisse certum est, ut Vestae templum et regiam, nullum ad comitium situm esse diceretur ipse miratus. Rationes, quibus haec sententia nititur, duas tantum apud hos auctores reperi. Primum afferunt, quod scriptum est in commentariis antiquis ad Horat. Ep. I, 19, 8 *a Libone primum tribunal et subsellia locata esse* sive *eum primum tribunal in foro statuisse*. In comitio praetorem primo tempore ius dixisse pro tribunali nemo ambigit neque minus certum est puteal et tribunal Libonis a scholiasta dictum primum prope Vestae templum fuisse; quibus coniunctis efficiunt comitium fuisse prope templum Vestae. Non dico parum mihi placere rem tanti momenti tam infirmis auctoribus defendi (1): hoc dico minime idem

(1) *Niebuhr*, Beschreibung der Stadt Rom III, 1, 61; *W. A. Becker* Handbuch der roem. Alterthuemer I Bd. Topographie I, 273—281. Ceterum colonias Romanorum, quae erant quasi quaedam imagines parvae et simulacra P. R., et ipsa habuisse fora sua nemo nescit; comitium vero in uno tantum Perusinorum municipio commemoratur. Vide lapidem in inscr. Perusinis Vermiglioli ed. 2. cl. X n. 433 p. 511, qui in foro aedem Herculis fuisse indicat, in comitio statua aliqua.

(1) Magis etiam quam haec incertissimorum auctorum incertior interpretatio movet me, quod in his Annalibus XI, 315 notavit *Cavedoni:* visi in denariis gentis Scriboniae attributa Vulcani in puteali Libonis, item in Aemilianis Concordiae caput atque idem puteal; unde acute suspicatus est puteal id fuisse et prope Vulcanal et prope Concordiae aedem, quam non ab ipso Camillo sed a successore eius L. Aemilio Mamercino vult esse dicatam. At quam incerta haec de Aemilio coniectura sit, ipse non ignorabit. Quod attinet ad puteal, sequor Riccium monete delle famiglie ed. 2. p, 203. » Quegli emblemi o instru-» menti delle monetazioni ravvisati in piedi dell'ara del puteale Scri-» bonio (o martello, o tenaglia, o pileo o pure conio da monetario) » sono ricordati da triumviro come le rappresentanze del proprio im-» piego, siccome ci lasciò riuniti tutti insieme il monetario Carisio,

esse tribunal Libonis atque antiquissimum in comitio. Primo enim tempore tribunal ibi fuit, ubi magistratui sellam in comitio ponere placuit (Liv. VI, 15); Libonis tribunal quod primum dicitur, ita accipiendum est, ut ante eum omnia tribunalia pro re hic illic instruerentur, ille primus faceret, quod maneret. Quare nihil cogit, ut Libonis tribunal, quod primum erat locatum et lapideum, in eo loco collocemus, ubi primum ius dicebatur; imo apertum est accessisse hoc tribunal ad puteal aliquod, quod a Libone propter religionem in foro certo loco erat faciendum. — Minus etiam probat alterum, quod a Beckero p. 332. n. 612. affertur, argumentum desumtum ex narratione Herodiani I, 9, Severum in somnio vidisse Pertinacem equo vectum διὰ μίσης τῆς ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ; qui cum venisset κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα ἐπὶ τῆς δημοκρατίας πρότερον δῆμος συνιὼν ἐκκλησίαζεν, equum eo excusso subiisse Severo eumque vexisse ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μίσης· Non intelligo, cur verba ἔνθα—ἐκκλησίαζεν referantur ad τὴν ἀρχὴν neque ad τῆς ἀγορᾶς, quod multo est simplicius. Nam ut optime quasi in foro insistere videtur qui rerum Romanarum potiturus est, ita de comitio eo tempore inepte haec dicerentur; accedit quod, si ad τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγορᾶς omen pertineret, Severus ibi constiturus fuisset neque in foro medio. — Nullis igitur idoneis argumentis topographi Germani comitium eam partem fori esse statuerunt, quae Veliis subiacet. Videamus an nobis succedat ultra coniecturae licentiam progredi.

II. Primum hoc apparet loca inter se coniuncta comitio adiacentia: curiam Hostiliam, senaculum, Graecostasin, Vulcanal, quod a Graecostasi vix diversum fuisse videtur (1), omnia fuisse in loco satis edito. Vulcanal dicitur a Dionysio II, 50: μικρὸν ἐπανεστηκὸς τῇ ἀγορᾷ, a Festo (v. statua) *supra comitium;* cf. Gell IV, 5. *constituit eam statuam* (e comitio) *in locum editum subducendam atque ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam.* Item Graecostasis erat *supra comitium* (Plin. XXXIII, 1. 6.), *locus substructus a comitio* (Varro V, 32.). Super eam erat senaculum (Varro l. c.), super senaculum curia (Liv. XLI, 27.), unde etiam a gradibus curiae meridies observari potuit (Plin. VII, 60.)— Haec quae diximus omnia arte munita esse, ut supra comitio eminerent, mihi certe nemo persuadebit. Deficiunt omnia vestigia cum ruderum tum scriptorum; neque tantas moles in

» non avendo altro significato ». Imo si cui placebit incertis eiusmodi argumentis abuti, proponam eius generis unum quod facit pro mea sententia: scilicet basim solidam rotundam musei Lateranensis, similibus insignibus, forcipibus, malleo, incude conspicuam, cui inscriptum est PIETATI SACRUM. Quam cum observassem, statim quaesivi a viro eximio Ludovico Canina, quo loco reperta esset; qui pro sua humanitate respondit mihi effossam eam esse inter columnam Phocae atque octo columnas. Haec insignia si quis ita explicarit ut prope Vulcanal eam Pietatis aram fuisse statuat, me certe adversarium non habebit. Equidem tamen numquam utar eiusmodi lubricis argumentis.

(1) Becker. p. 286. seq.

ipsis Urbis aeternae primordiis iactas esse probabile est. At ut mittamus altum illud silentium insignemque talium munimentorum difficultatem, cuinam, quaero, Romani qui tum erant ita amentes videntur fuisse, ut loca edita ingenti labore substruerent, cum natura ipsa ea parasset quasi et perfecisset? Haec enim est magnitudo antiquorum Romanorum, quod nihil faciebant nisi necessaria, sed haec ita ut inertes Aegyptiorum moles suis operibus superarent. Forum Romanum oppositum est ex altera parte Capitolio, ex altera Veliae, dextrorsum habet montem Palatinum, sinistrorsum Suburam. Topographos nostrates si audimus, curia, senaculum, Graecostasis, Vulcanal, sublimi loco omnia sita quaerenda sunt a parte Suburae, ubi omnia plana. Videant alii quomodo placeat; me haec res statim ut Romam adii, ita pupugit, ut errorem suspicarer et denuo in eam rem inquirere statuerem. Quaestioni ei intentus cum locorum situm circumspicerem, neque de Suburana neque de Palatina parte cogitandum esse intellexi, cum mons Palatinus longius absit; haesi inter Veliam et Capitolium. At Veliae obstat, quod cum sacrae viae vestigia tum aedificiorum privatorum vestigia post templum Faustinae olim animadversa forum ab ipso Veliae colle satis longe remotum fuisse arguunt (1). Superest igitur ut comitium subiectum

(1) Becker p. 270. 290. Secutus sum quae plerumque traduntur, quamquam non ignoro solidis rationibus nequaquam ea defendi. Neque mirabor, si quis forum Romanum post Julium Caesarem ad arcum Titi usque pertinuisse demonstrabit. Quod enim provocant ad sacram viam, quae ex eo fere loco, ubi nunc sunt tres columnae (vulgo Castoris aedes), ad templum Faustinae e regione positum producta ibi forum terminarit, cum maximis difficultatibus obnoxia sunt quae de sacra via docent, tum, ut recte doceant, non absurdum mihi videtur per medium forum eam viam transiisse. Neque intelligo, cur ita regio octava, quae dimidium tantum forum complecteretur, exinde appellationem trahere nequiverit, quod praesertim nobis opponunt. Minus etiam probat quem auctorem citant Santi Bartoli (Fea miscell. p. CCXXXIV), qui, cum *incontro Ss. Cosma e Damiano nel mezzo appunto di Campo Vaccino* foderetur, aedificiorum rudera ibi reperta esse ait: *vi si trovarono edifizj sotterranei in quantità tale che non pareva che mai vi fosse stata piazza alcuna.* Sed addit ipse: *ben è vero che non parevano delli tempi li più antichi,* eaque rudera non pertinere ad id tempus, quo post gravissimas clades Romani in locis publicis aedificare solebant, ut imperatoribus constituendum esset, ne quis in campo Martio habitaret, quis asseverabit?— Quod si igitur rationes non satis firmae communi opinioni patrocinantur, multa et gravia obstacula eam videntur refellere. Splendidissima Urbis aedificia, basilica Aemilia, fora Nervae aliaque vicina, templum Pacis, basilica Constantini, Palatium, aedes Vestae, Castorum, basilica Iulia quasi continua et inter se coniuncta vacuam relinquunt totam aream a Capitolio usque ad summam Veliam, cuius areae infimam partem privatis aedificiis semper occupatam fuisse neque ullum Imperatorum loco aptissimo ad opera facienda usum fuisse vix et ne vix quidem probabile est. Deinde a Cæsare rostra ante tres columnas adhuc in radicibus montis Palatini superstites collocata esse infra apparebit; quod fecit ratione, si quidem forum eo tempore utrimque aliquantum porrigebatur. At si forum tum eo ipso loco finiebatur, cur in angulo

fuerit Capitolio, quod cum summi dei templum arcemque populi Romani sustineret, curiam quoque et comitium quasi suo iure ad se vocare videbatur. — Ita igitur cum intellexissem, quae neminem de his rebus sollicitum fugisse puto, nempe et communem opinionem nullis potius quam futilibus argumentis defendi, locorum naturam alia flagitare, in rem paullo diligentius inquirere coepi. Neque certe postulo, ut quae adhuc attuli de loci natura adversariorumque probationibus, pro argumentis habeantur, quanquam equidem magis confido Urbis aeternitati quam scholiastarum auctoritati. Hoc desidero, ut il, quibus haec curae sunt, libero solutoque praeconceptis opinionibus animo argumenta mea audiant neque, quia nova profero, ideo hariolari me putent.

III. Ait Festus p. 347. Muell. *Senacula tria fuisse Romae, in quibus senatus haberi solitus sit, memoriae prodidit Nicostratus in libro qui inscribitur de senatu habendo: unum, ubi nunc est aedis Concordiae, inter Capitolium et forum, in quo solebant magistratus d. t. cum senioribus deliberare; alterum ad portam Capenam, tertium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, senatus dabatur.* Hic locus Beckerum ita torsit, ut negaret eum adhiberi posse, ante quam demonstraretur, quis fuisset ille Nicostratus (1). Quod quanquam ignoro cum Beckero, tamen, quisquis fuit is qui scripsit de senatu habendo, rem bene novisse eum arbitror resque ipsa demonstrat. Novit enim senaculum ad portam Capenam, cuius exigua tantum notitia superest (2); deinde optime distinguit curiam et senaculum sequiori aetate saepe confusa, nam senaculum citra aedem Bellonae diversum ab aede Bellonae, in quam senatus frequenter vocabatur, est *brevis area a tergo* templi (Ovid. Fast. VI, 205), unde fecialis hastam iaciebat. Senaculum enim non erat locus tectus, sed area (3), ea, ni fallor, ubi senatores consistebant, cum curia nondum esset (4). Huiusmodi areas Nicostratus tres novit, inter quas fuisse notissimum senaculum prope curiam Hostiliam quis dubitabit praeter Beckerum? Imo primo loco ponere debuit et posuit etiam,

rostra posuerit, non intelligo. Longe alia res est de rostris antiquis, quae in extremo comitio fuisse auctores tradunt; comitium enim tum ita exiguum erat, ut undequaque recta oratores cum populo agerent. Denique ita habemus, quod respondeamus de angusto fori spatio quaerentibus; quanquam eiusmodi difficultati haud multum tribuo. Id tamen velim teneant lectores, me haec significare magis quam defendere neque aliud inferri ac forum laxatum videri a Caesare; reipublicae liberae tempus quae protuli argumenta non attingunt.

(1) p. 286. n. 469.

(2) Liv. XXIII, 32. Becker p. 547.

(3) Becker p. 286.

(4) Id convenire videtur pristinae simplicitati videnturque postea inventae curiae, ut iudicia primum in foro, postea in basilicis fiebant. Quod indicat Val. Max. II, 2, 9 senatores in senaculo expectasse, donec a magistratu in curiam vocarentur, non improbo, sed posteriori tempori tribuo.

situm adiiciens *inter Capitolium et forum, ubi nunc est aedis Concordiae*. En testimonium gravissimum, quo uno peractum est de vero comitii loco. Sed accedit aliud simillimum. Varro V, 32, postquam verba fecit de comitio, curia, rostris, Graecostasi, ita pergit: *senaculum supra Graecostasin, ubi aedis Concordiae et basilica Opimia*. Putaveris satis aperte indicasse auctores gravissimos Varronem et Festum, ubinam senaculum fuerit. At Beckerus cum hoc loco de senaculo notissimo sermonem esse negare non posset, apud id aedem Concordiae finxit alias non memoratam; uti Nicostrati testimonio permotus, ubi est aedis Concordiae clarissima, senaculum aliquod ceterum ignotum fingere coactus est. At quaenam haec est licentia verique reliciendi furor? Refutat eum ipse Nicostratus, qui plus quam tria senacula fuisse negat.— Denique si quaerimus accurate, quomodo curia, senaculum, Graecostasis in monte Capitolino se exceperint, addendi sunt duo loci Macrobii et Livii. Ait ille Sat. I, 8: *Saturnus habet aram et (= etiam) ante senaculum*, quam aram Festus collocat *in imo clivo Capitolino* (v. Saturnii), Dionysius παρὰ τῇ ῥίζῃ τοῦ λόφου κατὰ τὴν ἄνοδον τὴς ἀγορᾶς φέρουσαν εἰς τὸ Καπιτώλιον (I, 34). At haec, quamquam optime conveniunt cum eo quod iam vidimus, senaculum fuisse, ubi postea fuit aedis Concordiae, tamen novi nihil docent. Maioris momenti sunt Livii verba XLI, 27: (censores curaverunt) *porticum ab aede Saturni in Capitolium ad senaculum ac super id curiam* (1). Apparet curiam ibi fuisse, ubi postea tabularium aedificatum est, etsi non occupaverit totam tabularii aream, super aedem Concordiae. Ad eam porticus pervenit, quae iuxta aedem Saturni ducta senaculum transibat; quam diversam fuisse a porticibus *in latere clivi dextra subeuntibus* (Tacit. Hist. III, 71) contra Bunsenium (III, 2, 10) recte notavit Beckerus (p, 391). Eae enim fuerunt in monte qui nunc dicitur Caffarelli, neque porticum, quam Livius commemorat, post aedem Concordiae perfectam mansisse arbitror.—Ita intelligitur, ubi fuerint curia et senaculum; nempe illa, ubi nunc est pars tabularii dexterior intuenti a foro, hoc sub ea, ubi nunc est aedis Concordiae. Quod attinet ad Graecostasin sive Vulcanal, fuisse id infra senaculum docemur a Varrone; unde quamquam accuratior definitio infra (VII) dabitur, iam hoc loco intelligitur intercessisse clivum Capitolinum, quem adhuc videmus, inter Graecostasin atque senaculum sive aream aedis Concordiae (2). Con-

(1) i. e. ad senaculum et ad curiam super senaculum sitam. Beckerus p. 402 male *curiam* refert ad *curaverunt*, non ad praepositionem *ad* et, quod gravius est, ex hoc uno loco tertiam curiam a Calabra in Capitolio Hostiliaque in comitio diversam arguit, quam cum senaculo eius aedeque Concordiae iubemus exulare.

(2) Diversus, etsi vicinus, est locus Tiberi propior, qui apud auctores dicitur *sub aede Saturni*. Becker p. 314 n. 558, 343 n. 639, 359 n. 675. Ibi fuit milliarium aureum, quod minime esse molem latericiam adhuc ad arcum Severi conspicuam recte notavit Beckerus post Caninam.

tinuabat igitur Graecostasis comitium neque ullo vico separabatur; unde facile explicatur, quod mire Beckerum impedivit, quod dicitur Graecostasis a Varrone *a comitio locus substructus*. Quibus cognitis datur etiam ultra procedere atque imaginem huius loci proponere magis certam et vividam quam ullius praeterea superest. Primum enim, qui stat in foro, prope arcum Severi a sinistra infra clivum Capitolinum conspiciet aream satis amplam leniter inflexam quindecim pedes supra forum eminentem gradibusque cum eo coniunctam. En locus a comitio substructus. Deinde in arcu Constantini hanc partem fori Capitolio suppositam repraesentari acute vidit Canina. Ibi a sinistra propter arcum Severi sculpta sunt rostra cancellis ornata statuisque in columnis positis decora, unde imperator populum alloquitur (1). At e Vulcanali, quod a Graecostasi non esse diversum Beckerus bene ostendit, magistratus saepissime cum populo agebant. Denique in eodem Vulcanali cum alia monumenta erant (Gell. IV, 5), tum effigies columnis impositae (Fest. p. 290 v. statua), quales cernuntur aliquot sculptae in arcu Constantiniano.

IV. Minus speciosum, sed non minoris momenti est, quod ait Liv. XXXIV, 45. *in foro et comitio et Capitolio sanguinis guttae visae sunt*. Comitium medium fuisse inter forum et Capitolium non obscure indicatur. — Eodem pertinet quod Camillus, cum post plebem patriciis reconciliatam templum facturus esset, εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον (2), id fecit in monte Capitolino (3); quis enim credet Camillum patricium ipsum principemque optimatium templum in forum plebeium spectans aedificaturum fuisse?

V. Quod attinet ad aedem Concordiae, complurium mentio fit apud auctores eodem paene loco sitarum. Ut omittamus delubrum Concordiae Novae, quod senatus cum curia Julia faciendum decrevit (4)— incertum enim est num perfectum ubique situm fuerit—, nominantur Cn. Flavii aedicula aerea facta in Vulcanali sive in Graecostasi (5), aedis (ἱερὸν) Concordiae facta a M. Furio Camillo in Capitolino monte (supra n. IV.); aedis Concordiae *in arce* locata bello Punico secundo (6); denique aedis Concordiae post C. Gracchi interitum ab Opimio aedificata ἐν ἀγορᾷ (7). Omnino videtur mos fuisse Romanorum, ut, sicuti post sedatas turbas civiles Concordiae aedem aediculamve pone-

(1) *Bunsen* Beschreibung Roms III, 2, p. 102. 115. In Curioso Urbis Romae reg. VIII. *rostrae tres* nominantur, quod recte, ut puto, Beckerus p. 360 accepit de Iuliis rostris, rostris sub veteribus hisque Capitolinis.

(2) Plutarch. Camill. 42.

(3) Ovid. Fast. I, 641. Becker p. 312. n. 549.

(4) Dio XLIV, 4. Becker p. 335 n. 614.

(5) Liv. IX, 46; Plin. XXXIII, 1, 6. Becker p. 289 n. 480. cf. p. 312 n. 550.

(6) Liv. XXII, 33; Fast. Praenest. *Concordiae in arce feriae*. Becker p. 409 n. 318.

(7) Appian. B. C. I, 26. Becker p. 309 n. 542.

rent, eam collocarent ad forum testem ut discordiarum, ita pacis restitutae. At ut Concordia vere forum intueretur, spectare debuit ad partem fori maxime insignem, id est ad comitium (1), itaque non dubito, quin haec templa omnia in ea parte montis Capitolini sita fuerint, quae ad comitium conversa est. De aedicula Flaviana ambigi non potest, ubi fuerit; item Furianam aedem Ovidius in eo loco ponit, ubi Tiberius Concordiae aedem, cuius miseras reliquias videmus, magnificentissime struxit. Ipsam Camilli aedem haud magnam fuisse suspicor, sed aediculam, uti Flaviana, quae et ipsa dicitur aedis; idem probo de aede tertia *in arce* facta, id est in ea parte montis quae nunc appellatur Araceli (2). Ita explicatur, quod is locus, qui antiquitus erat senaculum, post eas factas appellatur *area Concordiae* eadem plane ratione, qua Graecostasis antiqua a Vulcani aedicula dicitur *area Vulcani* (3). Contra Cicero aream Concordiae non novit eoque loco commemorat templum Concordiae gradusque eius (4), quod satis indicare videtur ab Opimio remotis parvis istis sacellis eo loco primum factum esse templum, quanquam aliud placuit Beckero (5). Idem Opimius prope Concordiae templum fecit etiam basilicam, quam suo nomine appellavit Opimiam. Auctor est Varro: *senaculum, ubi nunc est aedis Concordiae et basilica Opimia.* Quod hunc locum in dubium vocavit Beckerus p. 309, quasi eo solo haec basilica commemoratur, fecit is quidem fortiter, sed hic fortem fortuna minime adiuvit. Graviter enim se errasse ipse intelliget, cognitis lapidibus Marinianis (atti p. 242), quibus commemorantur MENOPHILVS EVCRETIANVS SERVOS PVBLICVS EX BASILICA OPIMIA et MENOPILVS ALF. SER. PVB. EX BASILICA OPIMIA. Quibus optime Varronis verba defenduntur. Hoc tamen non asseveraverim basilicam illam Concordiae Opimianae adiacentem superstitem fuisse tempore imperatorum; lapides enim sine dubio ad tempus reipublicae liberae spectant et verisimillimum est aedi Concordiae a Tiberio restitutae et amplificatae locum antiquitus basilicae Opimiae datum insuper cessisse.

VI. Quod si recte coniecimus, curiam inde ab a. DCXXXII. aedes Concordiae ante eam exstructa a foro separabat, quod minus commodum usum eius reddidisse credibile est. Neque dubito, quin haec causa

(1) τὸ κράτιστον χωρίον τῆς ἀγορᾶς Dion. I, 87 III, 1.—τὸ φανερώτατον τῆς ἀγορᾶς Dion. II, 29.

(2) Arcem hanc fuisse, non collem Tiberi propiorem cum Beckero aliisque censeo.

(3) Liv. XXXIX, 56. *sanguine pluisse in area Concordiae.* LX, 19 *in area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit.* Iul. Obseq. 59 : *in area Vulcani per biduum, in area Concordiae totidem diebus sanguinem pluit.*

(4) Cic. Philipp. VII, 8.

(5) Scilicet fuisse tria templa Concordiae, aliud in arce, aliud Furianum prope clivum Capitolinum, denique aliud in Vulcanali Opimianum, quod successisset in locum aediculae Flavianae.

sit, cur senatus frequentissime vocaretur in aedem Concordiae. Post aliquot annos deinde locus curiae videtur esse mutatus. Ex quo enim tabularium eo loco factum est, ubi nunc cernitur, curia Hostilia locum suum retinere non potuit. Accedit, quod a Cornelio Sulla curia Hostilia renovata est (μετασκευάστο) (1) neque eodem quo antea loco. Plin. XXXIV, 6, 12: *ea* (simulacra Pythagorae et Alcibiadis *in cornibus comitii* posita) *stetere, donec Sulla dictator ibi curiam faceret.* Unde apertissimum est curiam non eodem loco, quo antiquitus fuerat, tunc repositam esse, sed commodiori propiusque comitium. Optime cum his rationibus anni consentiunt; perfectum est tabularium a Q. Catulo cos. anno ab u. c. DCLXXIIII. curiaque facta a Sulla dictatore circa a. DCLXXIII.—Curiam a Sulla in ipso comitio collocatam esse sive totam sive partem Plinius auctor est. Ei convenit, quod ab Asconio ad Mil. 5 p. 43 Orell. dicuntur rostra quae erant in fori et comitii finibus *prope iuncta curiae* eademque a Varrone l. c. et Diodoro XII, 26 dicuntur *ante curiam* sita; item quae narrantur de Clodii corpore in foro in ipsa curia cremato, quae omnia ut minime convenirent curiae in loco tabularii sitae, optime intelliguntur de curia in ipso comitio posita. Accuratissime vero locum curiae prodit Varro, cum Graecostasin et sub senaculo et *sub dextra curiae* esse notat. Graecostasis ubi fuerit vidimus, nempe sub aede Concordiae a sinistra arcus Severi venienti a foro; quae si erat sub dextra curiae, curia aut fuit, ubi nunc est arcus Severi, aut in ea fori parte, ubi est basilica Aemilia, certe *in cornibus comitii*, ut ait Plinius, id est in angulo. Rectius collocatur in eo ipso loco, ubi nunc est arcus; ita enim et simplicius dicitur Graecostasis ei sub dextra esse et locus relinquitur basilicae Porciae, quam ex altero latere fori prope basilicam Aemiliam fuisse mox videbimus (VIII). Haud magnum aedificium fuisse crediderim, cum curiam Iuliam quoque splendidiorem sane et ampliorem exiguo loco contentam fuisse appareat. Graecostasis a Sulla non est mutata.—Ceterum quod ait Varro *sub* dextra curiae Graecostasin fuisse, arguit curiam supra hanc eminuisse, quod confirmant verba Ciceronis pro Flacco 24: *speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis et moderatrix officii curia.* Cum clivus Capitolinus sub arcu Severi septem pedibus supra forum emineat, fortasse explicatio petenda est a substructionibus curiae eo loco adhuc apparentibus.—Curia a Sulla facta auctore Caesare u. c. DCCVIII sublata est eoque loco senatus templum Felicitatis faciendum censuit; quod si perfectum est, parvula aedicula fuisse videtur, neque enim quisquam eam postea commemorat.

VII. Iam videamus, quid dicendum sit de loco Plinii vexatissimo VII, 60: *post aliquot annos adiectus est meridies accenso consulum id pronunciante, cum a curia inter rostra et Graecostasin pro-*

(1) Dio Cass. XL, 50. Becker p. 310 n. 544.

spexisset solem. Quae verba quomodo explicarentur a Beckero, nunquam satis mirari potui. Curia, inquit, ad meridiem spectaverit necesse est itaque sita fuit in fori latere septentrionali. Mitto, quod ea pars fori, quae Suburae proxima est, non septentrionalis est, sed inter orientem et septentrionem; hoc non intelligo, cur ab hac sola parte meridie solem prospicere possim. Nominantur enim duo loca, inter quae sol conspici debuit itaque minime necessarium est locum, unde prospicitur, directo oppositum esse meridiei, modo is sit, unde convertens me paullulum medii diei solem videam. Quare etsi refutatur hoc loco Plinii opinio eorum, qui curiam ibi ponunt, ubi medio die sol a tergo est, tamen minime eo accurate indicatur qua in parte fori curia fuerit. Sed accedunt alia longe graviora et viro κριτικωτάτῳ plane indigna. Comparans Varronis verba Graecostasin fuisse sub dextra curiae cum Plinianis, Beckerus bene intellexit nullo modo ea posse conciliari; nam Grecostasis si erat ad dextram curiae, qui prospiciebat inter rostra et Graecostasin, ad occasum se convertebat, non ad meridiem. Quid ille? » Necessario putandum est Varronem id dixisse *sub dextra*, quod a comitio intuenti erat a dextra ». Ita sub dextra fit quod est sub sinistra! Neque tamen animadvertit vir ceteroquin acutus, ita dicendum fuisse: *cum a curia inter Graecostasin et rostra prospexisset solem* neque, ut dixit Plinius, *inter rostra et Graecostasin*. Nam Graecostasis si est a sinistra curiae curiaque, ut opinatur Beckerus, sub novis, Graecostasis orienti, rostra occasui propiora sunt itaque, cum agitur de meridie inveniendo, illa prior appellanda erat. Sed haec hactenus, quae libenter praeteriissem, nisi utile esset demonstrari de rebus topographicis non Romae solum posse errari.—Ad rem ipsam quod attinet, iam vidimus de alia curia Varronem, de alia Plinium loqui; quanquam de vetere Hostilia quoque recte dici potuit sub dextra eius, sed longius remotam fuisse Graecostasin. Sed Varronem huius rei auctorem non habemus et versandum est in interpretandis solis verbis Plinianis. Cum fori latera non quatuor regionibus caeli opposita sint, septentrioque et meridies in angulis potius quaerendi, ut haec sit fere ad aream Titi, ille ad carcerem Mamertinum, quam optime situs curiae supra demonstratus ad id convenit, quod meridies de gradibus eius cernebatur; tabularium enim supra aedem Concordiae ipsi meridiei multo magis oppositum est quam is locus, qui Beckero placuit. Ante eam erant rostra, paulo dextrorsum Graecostasis, inter quae sol pergens medium diem indicabat, itaque rectissime rostra priora nominantur.

VIII. Iam videamus de basilica Porcia, quae tota pendet ex curia. Ait Plutarchus de Catone agens: ὑπὸ τὸ βουλευτήριον τῇ ἀγορᾷ παρίβαλεν; contra Asconius in Mil. p. 34. agens de funere Clodiano: *quo igne et ipsa quoque curia flagravit et item Porcia basilica, quae erat ei iuncta, ambusta est*. Quod inter hos auctores minus bene convenit, id ex iis quae supra docuimus facile explicatur. Loquitur enim Plutarchus de curia antiqua in loco tabularii sita, quae erat supra Porciam basilicam, Asconius de curia Sullae, quae erat in cornibus comi-

tii, ubi nunc est arcus Severi, eaque fuit iuncta basilicae Catonis (1). Non recte dubitavit Beckerus, p. 300. num haec basilica ad ipsum forum pervenerit, diserte enim ait Plutarchus: τῇ ἀγορᾷ παρίβαλεν. Praeterea quatuor tabernas, quas Cato in publicum emit, ut basilicam aedificaret, (Liv. XXXIX, 44.) ad forum fuisse putandum est, domumque, quam Maenius vendidit Catoni, ad forum fuisse auctores sunt (schol. Cruq. ad Hor. Sat. I, 3, 21.). De loco ambigi non potest; curia Sullae cum in angulo comitii esset, basilica ei iuncta primum aedificium in ea parte, quae dicitur sub novis, fuerit necesse est inter curiam et basilicam Aemiliam. Denique Beckerus dubitationem movet, num fuerit Porcia basilica sub imperatoribus, cum amplius non nominetur. At commemoratur postea, ni fallor: Curiosum enim Urbis cum in reg. IIII. a Velia usque ad basilicam Aemiliam aedificia foro adiacentia nominasset, in reg. VIII. reliquos fines demonstrat Capitolinum versus et Palatinum montem incipitque ita: *basilicam argentariam. Templum Concordiae et Saturni et Vespasiani.* Basilicam istam argentariam in breviario *vascularíam* dici egregie Marinius demonstravit (atti p. 248), vascularios enim non fictilia, sed argentea aureave vasa confecisse commemorarique in lapide *aurarium et argentarium de basilica vascularia.* Sita fuit, ut docet notitia, inter Aemiliam et Concordiae templum. Accedit, quod in ordine Romano Benedicti itur *per clivum argentarium* (i. e. salita di Marforio) *inter insulam eiusdem nominis et Capitolium;* erat igitur insula argentaria ab arcu Severi Suburam versus ibique basilicam argentariam fuisse consentaneum est. Cf. Becker p. 413. Cum igitur et Porcia et argentaria basilica eodem plane loco ferantur fuisse, unam eandemque basilicam duplici nomine alio ab auctore, alio a negotiis ibi solemnibus desumto appellatam esse suspicamur. Cui favet, quod in hac parte fori olim fuerunt tabernae argentariae (Becker p. 295. sq.), quarum quatuor Catonem emisse, ut basilicam faceret, supra vidimus. Postea argentarii videntur stetisse in basilica, ut antea in tabernis, unde aurarium de hac basilica commemorari supra vidimus. De ea cogitavit Varro, ubi ait (apud Nonium v. tabernae) ex tabernis factas esse basilicas, et ad eam refero quoque versum Plauti Curcul. IV, I, 11 quamvis corruptum et obscurum: *ditis damnosos maritos sub basilica quaerito*, nam praeter Porciam Plautus basilicam non novit. Fortasse *S* quasi male geminata deleta scribendum est *dites damnosos marito sub basilica quaerito,* quod non male quadrat in argentarios iuvenibus matronas corrupturis mutuo pecuniam praebentibus. Ita intelligitur, cur basilica modo Porcia modo argentaria appellata sit.—Quod si recte haec disputata sunt, non minimum argumentum id esse puto

(1) Becker p. 277. his locis usus est, ut Sullam eo quo fuerat loco curiam restituisse demonstraret. Quod valeret, si Plutarchus et Asconius eundem situm indicarent; at ille sub curia, hic iuxta curiam basilicam ponit, quod non est idem.

de curia verum me vidisse. Ceterum eo loco, in quo Porciam basilicam collocavimus, ad S. Martinam a Flaviano praef. urb. post Chr. a. CCCIX. institutum est *secretarium senatus* (Cf. Becker p. 354); certe inscriptio sive, ut aiunt, ad S. Martinam reperta est, sive, ut crediderit aliquis, in ea ecclesia tantum extabat, id indicare videtur, quanquam nihil vetat id paulo alio loco propius ad Suburam collocare. Ut tamen demus re vera eo ipso loco usum esse praefectum, ut secretarium faceret, partem tantum basilicae ad hanc rem eum usurpasse puto; basilica enim in medium usque aevum mansisse videtur.

IX. Pendent porro ex basilica Porcia Lautumiae, in quibus Cato duo atria emit, ut basilicam faceret (Liv. XXXIX, 44). Fuerunt igitur sive sub monte Capitolino sive in imo monte ea parte, ubi est carcer Mamertinus. Quod confirmat et Varro, cum ait eas appellatas esse *quod hic quoque in eo loco lapidicinae fuerint* (V, 32), et Livii descriptio incendii XXVI, 27—*argentariae, quae nunc novae appellantur, arsere; comprehensa postea privata aedificia—neque enim tum basilicae erant— comprehensae Lautumiae forumque piscatorium.* Oritur incendium sub clivo itaque progreditur, ut sinistrorsum quoque latius saeviat. Unde apparet Lautumias, cum prius arserint, propius abesse a Capitolio quam forum piscatorium, quod erat post basilicam Aemiliam (Becker p. 267). Beckerus cum p. 262 sq. Lautumias collocaret pone templum Faustinae, neque explicavit, quae lapidicinae ibi cogitari possent, neque cur Lautumiae ante forum piscatorium arderent. Quod igitur Beckerus multis argumentis coarguit Lautumias diversas esse a carcere Mamertino, id ita concedimus, ut Lautumias et carcerem eodem fere loco fuisse arbitremur, fortasse aedificia aliquo modo coniuncta.

X. Antequam procedamus ad ea, quae Caesar et post eum alii Imperatores in foro mutaverunt, agendum est de quibusdam rebus, quarum commemoratio ad plenam fori, quod fuit liberae reipublicae tempore, notitiam videtur pertinere. *Rostra* iam supra (VI) vidimus fuisse ante curiam loco paullo inferiori satis vicina et prope iuncta curiae; quae verba Asconii tamen ita accipienda sunt, ut opposuisse eum rostra, quae suo tempore erant, longe a curia remota veteribus istis curiae adiacentibus non obliviscamur. Erant enim rostra antiqua sita in confiniis fori et comitii (1) sive, ut ait Dio XLIII, 49, in medio fere foro (sensu latiori scil.), itaque separabantur a curia, quae porrecta erat in ipsum comitium tota comitii latitudine, quatenus curia eam non occupaverat. Porrigebatur itaque comitium ad medium fere forum; accuratius id definiri potest ope scholiastae Horatiani ad Hor. Sat. II, 3, 18, qui medium Ianum collocat *prope basilicam Paulli vel pro rostris.* Rostra igitur ante basilicam Aemiliam fuerunt. Ipsius medii Iani vestigia, quae Labacco reperit inter S. Adrianum et Faustinae templum, contigit felici casu, cum ita cum alia multa tum fines fori et comitii

(1) Becker p. 279. Argumento est quod de his rostris oratores cum populo agebant primum in comitium, postea in forum conversi.

cum aliqua certitudine determinentur. Quaesitum denique est, quamdiu rostra eo loco manserint; constat enim ea esse transposita fuisseque tempore Augusti *sub veteribus* (Suet. Aug. 100). Ait Dio de C. Caesare XLIII, 49. καὶ τὸ βῆμα ἐν μέσῃ που πρότερον τῆς ἀγορᾶς ὂν ἐς τὸν νῦν τόπον ἀνεχωρίσθη· Putaveris satis aperte locutum esse gravissimum auctorem, nihilo minus impugnatur a Beckero p. 337 sq. qui rostrorum transpositionem tribuit Augusto. At tacet monumentum Ancyranum, cui ipse Augustus quae fecerat omnia intulit neque parum eius silentio confirmatur testimonium Dionis. Cui si fides habenda est, sane Beckerus admodum haeret; nam si rostra Caesar transposuit, ea rostra, ante quae corpus eius crematum est (Liv. epit. 116), nova fuisse putanda sunt, cumque Appianus B. C. II, 148 id crematum esse in foro ante regiam scribat, certissimum est nova rostra fuisse sub veteribus ante regiam, id est eo ipso loco, in quo a Beckero vetera collocantur (1). Quam bene vero haec cum nostris conveniant, nemo non videt. Antiquissimum *tribunal* ubi fuerit non constat; Libonianum id non fuisse supra demonstratum est (I). Quae praeterea in foro commemorantur tribunal Aurelium (Becker p. 290. n. 487. 324.) tribunalque quoddam in medio foro (Cic. ad Qu. fr. II, 3) neque num fuerint diversa, neque ubi fuerint, neque num referenda sint ad tribunal quod fuit in comitio (Becker p. 280), exploratum est.—Una indicatio superest a Beckero (Nachtrag. p. 58.) allata, quod Dionysius III, 71. Attum Navium cotem secuisse refert in tribunali. Inde effici videtur apud puteal Navii fuisse tribunal. At haud scio an erraverit Beckerus βῆμα interpretans tribunal, cum rostra ita appellentur. Porro videndum est de *sacro Cluacinae*. Id fuisse ad tabernas novas, id est prope arcum Severi, recte demonstravit Beckerus p. 348. ex Liv. III. 48; non recte reiecit, quod efficitur ex duabus fabulis coniunctis, comitium ita appellatum esse, quod Romulus et Tatius in eo post pugnam coissent (Beckerus p. 273); tum apud signum Cluacinae Romanos Sabinosque depositis armis se purgavisse (Plin. XV, 18, 36): fuisse signum Cluacinae Veneris in comitio. Iam vero invento haec nova accedit confirmatio. *Tabernas* etiam ad comitium, non ad forum factas esse contra Beckerum non obscure indicat Dionysius III, 67; cf. Beckerum p. 284 n. 463.

XI. Magis implicata sunt quae traduntur de Atti Navii statua, de puteali supra cotem et novaculam imposito, denique de fico Ruminali, (Becker p. 291 seq.) quae omnia in comitio fuisse constat. Puteal hoc non fuisse Libonianum ambigi non potest, cum auctores id ita com-

(1) Quae praeterea affert Beckerus p. 337. cf. p. 224, ut Ciceronem contra Antonium non ex novis rostris verba fecisse demonstret, refutatione non indigent.—Ceterum Regia quamdiu fuerit, non constat; non absimile videtur a vero eam, cum sub Nerone conflagrasset, non esse refectam eiusque in area factam esse a Domitiano aedem Minervae; Becker p. 355.

memorent, ut fama magis quam oculis se de eo certiores esse factos prodant. Cic. de divin I, 17 *eotem—defossam in comitio supraque impositum puteal accepimus.* Liv. I, 36 *eotem eodem loco situm fuisse memorant.* Statuam Livius ait fuisse *in comitio in gradibus ipsis ad laevam curiae* et ne dubitetur, de quanam curia id accipiendum est, accedit Plinius XXXIV, 5, 11: *Atti Navii statua fuit ante curiam, cuius basis conflagravit curia incensa P. Clodii funere.* Cum et Livius et Plinius loquantur de eadem statua, quae eorum tempore iam interierat, eandem etiam curiam nominare putandi sunt, nimirum curiam Hostiliam Sullae. Optime convenit, quod hanc in ipso comitio fuisse scimus; ita Atti statua quanquam in gradibus curiae, in comitio tamen fuit, ubi eam ideo collocare cogimur, quod puteal in comitio factum (Cic. l. c.) *eodem loco,* quo statua, a Livio ponitur. Videtur simile quid huic statuae evenisse, quod statuis Pythagorae et Alcibiadis in cornibus comitii positis, quas a Sulla curia ibi facta remotas esse supra notavimus. Atti statuam et ipsam locum curiae destinatum impedientem cum removere religio esset, in ipsos gradus recepta videtur esse. Ut haec omnia facile explicantur, ita difficultatem habet, quod Dionysius (III, 71) hanc statuam funere Clodiano incensam in foro ante curiam vidisse se refert. Curia haec non potest non esse Iulia, quam mox demonstrabimus fuisse a sinistra basilicae Iuliae; statua vero, nisi subest error aliquis, restituta et antiquo loco reposita videtur, praesertim cum puteal a Dionysio dicatur fuisse ὀλίγον ἄποθεν. Neque pugnat inter se fuisse statuam cum a laeva curiae Hostiliae, tum ante curiam Iuliam; utrumque convenit in locum paulo ante arcum Severi, modo cogitemus ex altera parte fori basilicam Porciam fuisse sane neque amplam neque splendidam, ideoque minus aptam, ad quam statuae locus indicaretur. Ceterum si quis hanc difficultatem ita expediet, ut statuae locum mutatum esse eamque, cum antea in ipso puteali fuisset, iam in vicino e regione curiae Iuliae collocatam esse statuat, non mihi displiceat haec fortasse simplicior ratio. Denique ficum Ruminalem, quae a Palatio in comitium Atti Navii miraculo transposita credebatur, Dionysius prope statuam fuisse dicit, ut et ipsa in angulo comitii inter basilicam Porciam et arcum Severi esset. Cui rei apprime convenit, quod lupa illa antiquissima hodieque in Capitolio existens, si fides est Flaminio Vaccae, reperta est ad arcum Severi (1); hanc enim fuisse sub ficu nemo ignorat. Quare cum et fulminis vestigia et locus, ubi reperta est, eo ducant ut lupa Capitolina ea ipsa credatur, quam Cn. et Q. Ogulnii aediles u. c. CCCCLVIII ex aere multaticio sub ficu Ruminali dedicaverunt, iam nihil obstat, quominus verum putemus, quo, quicunque animus antiquitatis religione percellitur,

(1) Montfaucon diar. Ital. p. 172. Quod alii eam inventam tradiderunt apud S. Theodorum (Platner III, I, 118), ideo minorem fidem habent, quod ibi ficum Ruminalem lupamque olim fuisse tum vulgo credebant.

sua sponte fertur. Equidem ex his quaestionibus topographicis, quas spinarum plus habere quam fructuum plerique consentiunt, satis magnum recepisse me arbitrabor, si contulero aliquid, quo hoc signum genuinum esse arguam, quod, etsi horridum et incultum, tamen magis commovit animum meum quam pulcherrima quae circumstant simulacra.

XII. Denique ut quasi coronam operi imponamus, afferemus locum Plauti bellissimum, ubi, quod suo tempore erat forum, vividis coloribus depinxit. Quod adhuc nemo potuit, ut ordine omnia a Plauto recenseri demonstraret, nobis ita successisse apparebit, ut ipsi miraremur. Ita scribit poeta Curcul. IV, I, 9 sq.

Qui periurum convenire volt hominem, mitto in *comitium;*
Qui mendacem et gloriosum, apud *Cloacinae sacrum.*
Ditis damnosos marito sub *basilica* quaerito;
Ibidem erunt scorta exoleta quique stipulari solent;
Symbolarum collatores apud *forum piscarium.*
In *foro infimo* boni homines atque dites ambulant.
In medio propter canalem, ibi ostentatores meri.
Confidentes garrulique et malevoli *supra lacum,*
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam
Et qui ipsi sat habent quod in se possit vere dicier.
Sub Veteribus ibi sunt qui dant quique accipiunt fenore.
Pone aedem Castoris ibi sunt subito quibus credas male.
In Tusco vico ibi sunt homines qui ipsi sese venditant.
In Velabro vel pistorem vel lanium vel aruspicem
Vel qui ipsi vortant vel qui aliis ut vorsentur praebeant.
[Ditis damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam]

Ut omittamus ultimum versum, quem male repetitum esse ex v. 11. apertum est, omnia recte se excipiunt, modo *comitium,* quod primo loco nominatur quasi praestantissima fori pars, sub clivo Capitolino fuisse concedatur. Iam sequitur a sinistra *Cloacinae sacrum,* quod vidimus esse apud arcum Severi (X), deinde *basilica Porcia,* sita ante basilicam Aemiliam, tum *forum piscarium,* ubi postea facta est basilica Aemilia, denique *forum infimum,* quod, etsi alias non nominatur, optime tamen accipitur de ea parte fori, quae longissime abest a clivo Capitolino. Ibi enim ad templum Faustinae re vera forum est *infimum.* Postquam recensuit quae sinistra ad forum erant, *in medio foro* nominat canalem ceteroquin ignotum (cf. Becker p. 328) pergitque ad dextram partem, ubi primo loco est locus quidam *supra lacum.* Qui lacus non potest esse neque Curtius neque Iuturnae, cum neuter colli subiectus sit; optime intelligitur de lacu Servilio, quem Festus p. 290 ait fuisse in principio vici iugarii continentem basilicae Iuliae; is enim fuit sub clivo Capitolino. Cf. Seneca prov. 3 *videant largum in foro sanguinem et supra Servilium lacum—senatorum capita.* Ita Plautus a dextra quoque incipit sub Capitolio pergitque deinde ad *ve-*

teres, mox ad *aedem Castoris*, quibus adiungit quae his continentia Tiberim versus sequebantur, Tuscum vicum atque Velabrum. Quae cum omnia sint notissima, hoc tamen inde efficitur Plautum, ut bonum poetam facere oportet, quidquid appellat, posuisse ordine neque temere, ut alii opinati sunt, locorum recensum effudisse.

XIII. Curiam Iuliam a Caesare eodem loco quo fuit Hostilia Sullae factam esse, quod quidem Dio Cass. XLIV, 17 videtur indicare, optime Beckerus p. 331 n. 609 reiecit, eo motus, quod curia Iulia profano loco facta est (Gell. XIV, 7), ut templum ibi constituere necesse esset. Ubi constituta sit, eius rei exigua memoria ad nos pervenit, sed tamen quae sufficiat ad locum indagandum. Fuisse eam sive *in comitio* sive παρὰ τῷ κομιτίῳ Plinius (XXXV, 4, 10) et Dio Cassius (XLV, 17) auctores sunt neque falli mihi videor, cum curiam nisi ad comitium Romanos habuisse nego. Certe curiae quaecunque fuerunt, eas diversis quidem locis, sed omnes ad comitium inve eo fuisse et vidimus et videbimus. Accuratius, ubi fuerit curia, indicat pulchrum Propertii carmen (IV, 4), quod incipit:

Tarpeium nemus et Tarpeiae turpe sepulcrum
Fabor et antiqui limina capta Iovis.
Locus erat felix hederoso consitus antro
Multaque nativis obstrepit arbor aquis
Silvani ramosa domus. — —

Apud eundem fontem postea curiam factam esse ait v. 43:

— — ubi nunc est curia septa,
Bellicus ex illo fonte bibebat eques.
Hinc Tarpeia deae fontem libavit — —

Iam quaeritur, quinam fons hic sit. Quod primum succurrit esse lacum Iuturnae (Becker p. 298) ad aedem Vestae, quoniam deae Vestae aquam petit Tarpeia, id recte improbavit Backerus p. 334, cum Vestae non ex lacu Iuturnae quanquam vicino, sed ex fonte Camenarum ad portam Capenam sito aqua peteretur. Praeterea quam Tarpeia colit Vesta diversa est ab ea, cui postea templum dedicatum est ad forum, ut omittam et ad lacum Iuturnae vix comitium porrigi et in ea parte fori templa Vestae et Castoris spatium curiae sufficiens non relinquere (B. 335).—Contra lacum de quo quaeritur non longe a monte Tarpeio abfuisse Propertius etsi non dicit, satis aperte tamen ponit; eo enim a Capitolio aquatum it Tarpeia, cum in foro Sabini castra fecissent eoque quotidie revertitur amore regis capta (v. 23 sq.):

Saepe illa immeritae causata est omina Lunae
Et sibi tingendas finxit in amne comas;
Saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis *rel.*

Quae omnia quam optime conveniunt in lacum Servilium (XII) ipsi

rupi Tarpeiae subiectum; itaque curia Iulia inter vicum iugarium basilicamque Iuliam media videtur fuisse. Eodem ducit, quod Propertius felicem illum lucum Tarpeium, ubi multam hederam fontis aquae alebant, appellat ramosam domum Silvani. Ficus enim, ait Plinius XV, 18, 20, *fuit ante Saturni aedem Urbis anno CCLX. sublata sacro a Vestalibus facto, cum Silvani simulacrum subverteret.* Puto eam ficum fuisse in ipso nemore Tarpeio, quod in imo monte supra lacum videtur fuisse, id est ante aedem Saturni. Neque sine causa in eo luco et Tarpeia Vestae sacerdos aquatum ivit et sacrum pro arbore caedenda factum est a Vestalibus. Quae qui reputaverit, et quantum in errorem Beckerus inciderit, cum poetam hanc elegantissimam descriptionem non ex antiqua Urbis forma sumsisse, sed finxisse sibi suspicaretur, intelliget et admirabitur, quanta doctrina vates ingenium suum adiuverit, neque de vero curiae Iuliae loco amplius dubitabit.—Haud scio annon ad hanc etiam pertineant verba Statii silv. I, 1, 25 de statua Domitiani in medio foro posita:

> At laterum passus hinc Iulia templa (al. tecta) tuentur
> Illinc belligeri sublimis regia Paulli.

Ut basilica Paulli a laeva est, ita a dextra sunt Iulia sive templa sive tecta, quibus basilicam Iuliam significari constat, curiam praeterea Iuliam simul comprehendi minime a vero abhorrere videtur, quamquam res incerta est (cf. Becker p. 358).—Multo maioris momenti est, quod Graecostasin imperatorum — nam hanc quoque suo loco motam esse ut rostra et curiam ex Plinio XXXIII, 1, 6 constat, cf. Becker p. 335 n. 614—notitia collocat inter vicum iugarium et basilicam Iuliam, quo factum est, ut topographi omnes communi consensu eam ponant in eo ipso loco, ubi nos ex Propertio demonstravimus curiam Iuliam fuisse. Quanquam non traditur, a quo Graecostasis ibi facta sit, tamen cum Sulla curiam faciente Graecostasis antiqua locum suum retinuerit (VI), cogimur paene, ut novam hanc Graecostasin coniungamus cum curia Iulia. Quae si recte disputavimus, eundem locum Graecostasi Iuliae attribuit notitia, quam curiae Iuliae Propertius (1), quod quantopere nostras rationes confirmet, malo ab aliis intelligi quam a me praedicari. At ulterius fortasse possumus progredi quodque Augustus in monumento Ancyrano a se factam esse *curiam et continens ei chalcidicum* praedicat, ad curiam hanc et Graecostasin referre. Considerantibus nobis, quantum spatium intersit inter vicum iugarium, cuius pavimenti vestigia reperta sunt (Bunsen III, 2, 14), atque basilicam Iuliam, cuius fundamenta adhuc visuntur, sane angusto loco curiam

(1) Denique addo aliud, quod indicare satis erit, doctiores explicabunt: coniungendus videtur versus ille, quem supra attulimus, *Saepe illa immeritae causata est omina Lunae* cum feriis *Lunae in Graecostasi*, quarum memoriam Kalend. Pinc. a. d. IX. Kal. Sept. servavit.

et Graecostasin fuisse apparebit, in quo plus uno aedificio vix recte collocari potuit. Quid autem sit chalcidicum, ipse Beckerus ignorari adhuc dicit (p. 332 n. 610) neque equidem scio; id video, Vitruvii verba de Chalcidico, ubi de basilicis loquitur, optime convenire ad loci naturam (V, 1, 4): *Sin autem locus erit amplior, in longitudinem chalcidica in extremis partibus constituantur.* Sane locus curiae Iuliae destinatus erat *amplior in longitudinem*, ut recte chalcidica reciperet; denique chalcidicum cum videatur fuisse deambulatorium aliquod substructum *(loggia)*, (1) Graecostasis omnino ita potuit appellari. Chalcidicum illud sive Graecostasis num ante curiam an pone facta sit, dubitari potest. Quod curia ad comitium sita esse dicitur, parum probat, cum chalcidicum *ei continens* quasi pars curiae esset. Contra Graecostasis cum legatis destinata esset, ut spectarent quae in foro agerentur, curia a foro separari non potuit. Quod videtur verius.

XIV. Curia Iulia, si Beckerum audis, cum Neroniano incendio conflagrasset, non est restituta, sed nova in alio loco a Domitiano facta (p. 346 sq.). Domitianum curiam fecisse multi auctores sunt; at locum esse mutatum minime verisimile videtur. Ait enim Dio LI, 20, Augustum posuisse in curia τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Νίκης τὸ καὶ νῦν ὄν, quod Victoriae simulacrum in curia ab aliis quoque commemoratur (cf. Beckerum l. c.). Iam cum Dio idem illud signum, quod Augustus in curia dedicaverat, adhuc videret, curiam neque Neronis incendio consumptam neque loco mutatam esse indicare videtur; quo enim Beckerus confugere cogitur, signum illud ex curia raptum et in nova repositum esse, id audacius est quam verius dictum. Neque placet quod Romani a Nerone ad Domitianum sine curia fuisse dicuntur. Ne tamen iniqui simus in virum illum, qui, quamquam ea acrimonia in alios invehitur, ut quasi omnes lacessiti popularem ei actionem intendere cogamur, tamen cum iudicio satis subtili, tum insigni materiae colligendae diligentia praeclare de his antiquitatibus meruit: ne, inquam, abusi iure talionis et ipsi iniqui simus in eum, quod curiam a Domitiano alio loco refectam esse proposuit, fecit paene coactus. Cum enim complura testimonia certe post Domitiani tempus curiam sub Monte Capitolino fuisse arguerent, nisi Domitiano hoc tribuebat, corruebant quaecunque de curia Iulia, quae ei est ubi nunc est templum Faustinae, disputaverat sequebaturque ruinam, quidquid ei placuerat de comitio aliisque plurimis locis. Nobis videndum est, num, quae de curia post Domitianum traduntur, ad situm Iuliae convenire videantur, ipsius adversarii testimonio usi, quod, ni alia obstarent, simplicissimum esset curiam Domitiani sive senatum—

(1) Graecostasis huius duplex pictura exstat, altera admodum mutila inter fragmenta quae ex imagine Urbis antiquae in Capitolio servantur, altera in arcu Constantini; nam ad Graecostasin refero, quod cernitur aedificium arcubus substructum intuenti a laeva. Quantum videorudis enim sum in his rebus-utraque *loggiae*, ut ita dicere liceat, bene convenit. Neque ineptum erat, quod factum esse ab Ausonio legi alicubi, Homeri ὑπαρῷον vertere *chalcidicum*.

ita enim hac aetate dici solet—eodem loco collocare, quo antea fuerit Iulia. Beckerus p. 354 sq. senatum Domitiani ad alteram fori partem collocat inter Capitolium et basilicam Aemiliam, usus tribus argumentis. Primum est, quod ad S. Martinam inscriptio reperta est pertinens ad *secretarium senatus* (cf. VIII), modo ibidem reperta sit; nihil enim constare videtur, nisi quod olim in ecclesia S. Martinae asservabatur. Sed ut reperta illo ipso loco sit, ipse Beckerus secretarium senatus a curia omnino esse diversum statuit, neque quidquam impedit, quominus in laeva parte fori Flavianus p. Chr. CCCIX. secretarium instituerit, cum curia inde ab Augusti tempore in dextra esset. Certe si quis a. 309 curiam loco mutatam atque ad arcum Severi aedificatam esse putabit, non dissentiam; at de loco curiae ante hunc annum altum silentium est in lapide. — Deinde provocavit vir doctissimus ad notitiam, quae in reg. VIII. ita incipit: *forum Romanum Magnum. Continet rostras III. genium populi Romani. senatum. atrium Minervae. forum Caesaris Augusti Nervae Traiani. templum Traiani et columnam—cohortem VI vigilum. basilicam argentariam. templum Concordiae* et deinceps ordine progreditur ad aedem Vestae. Omnia hic ordine recenseri existimans, senatus ubi fuerit, inde explscari conatur; at vereor, ne id ipsum erraverit ordine nominari, quae praecedunt basilicam argentariam, nam deinceps omnia recte se habere nemo ambigit. Ut eligamus tria, quae ubi fuerint, dubitari non potest: rostra, forum Traiani, templum Concordiae: templum medium fuit inter rostra atque forum; cur recensetur tertio loco? Si hic est ordo, vere dixit Beckerus eum esse satis mirum (p. 710). Non praetereundum etiam est, rostra, quae terna fuerunt, foraque omnia, quotquot hic nominantur, componi, quod vix accidere potuit, nisi quae loco disiuncta erant scriptor brevitatis causa coniunxit. Quid quod fora ita disposita videntur, ut tempore constituta sunt a Caesare usque ad Traianum? Equidem quo saepius de hac re cogitavi, eo magis eo inclinavi, ut in hac regione, quaecunque publica populi Romani aedificia et quasi summarum rerum signa sedesve esse videbantur, ab auctore in principio simul collocata existimarem. Atrium Minervae cur in hac serie nominetur, postea apparebit; sed casu vix videtur factum esse, ut nil nisi rostra, genius populi, curia, fora primo loco recenserentur. Quare missa facienda sunt quaecunque ex hac serie Beckerus extricavit neque credo ullum nisi praeconcepta opinione captum negaturum esse, quae ante basilicam argentariam collocata sint, nullo modo simplicem ordinem locorum recipere.—Quod tertio loco posuit Beckerus, id refutabit magis quam confirmabit eius opinionem. Scriptum est in catal. Imp. Vienn. t. II. p. 247. Roncall. *arserunt* (regnante Carino) *senatum, forum Caesaris* [*patrimonium*] (1), *basilicam Iuliam et Graecostadium,* et paulo post tempore Diocletiani: *operae publicae fabricatae sunt senatum, forum Caesaris, basilica Iulia* cet. Quomodo id accipi possit de aedificiis sub monte

(1) *Patrimonium* est glossema ineptissimum et apertissimum.

Capitolino utrimque deletis, equidem non video, cum ignis non pertinuerit ad templum Concordiae aliaque in medio posita. Imo hic non obscure indicatur et senatum et forum Caesaris continentia fuisse basilicae Iuliae et Graecostadio, quae in dextra fori ad clivum fuerunt itaque hoc incendium argumento est curiam tum quoque eo loco fuisse quo Caesar eam fecerat. Quod si ita se habet, non hoc solum, sed alia complura erravit Beckerus; ita enim constitutae sunt hae quaestiones topographicae, ut ne in minima quidem re impune erraveris. Nos, quantum res permittit, ita de singulis agemus, ut per se quidque cognoscamus neque inventa superstruamus inventis. Et primo quidem loco disputabitur de templo Iani belli pacisque indice, quod ante curiam fuisse Procopius ait Goth. I, 25: *ἔχει δὲ τὸν νεὼν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρὸ τοῦ βουλευτηρίου, ὀλίγον ὑπερβάντι τὰ τρία φάτνα· οὕτω γὰρ Ῥωμαίοις τὰς μοίρας νενομίκασι καλεῖν.*

XV. Iano *apud forum olitorium* C. Duilium templum struxisse auctor est Tacitus (Ann. II, 49), quo referenda sunt quae leguntur in Kalendariis Capranicorum XVI Kal. Sept, Amiternino XV Kal. Nov. *Iano ad theatrum Marcelli.* Eo enim magna pars fori olitorii occupata est (Becker p. 600 sq.). Neque diversus situs est, quem habet Festus p. 285: *Religioni est quibusdam porta Carmentali egredi et in aede Iani, quae est extra eam, senatum haberi, quod ea egressi CCCVI Fabii apud Cremeram omnes interfecti sunt, cum in aede Iani S. C. factum esset, ut proficiscerentur.* Porta enim Carmentalis in ea parte muri fuit, quae est a Capitolio ad Tiberim (Becker p. 136 sq.). Extra hanc portam, sed proxime eam fuit aedes Iani; cum enim *apud forum olitorium,* non in foro esset portae vicino, quasi ad ipsam portam fuerit necesse est. Iam quaeritur, num hoc Iani fanum fuerit clarissimum, quo ex Numae instituto pax bellumque indicabatur. Quo ita multa ducere videntur, ut vix contra dicere quemquam ausurum fuisse credideris. Primum constat fuisse hanc aedem vetustissimam; cum enim in hac de Fabiorum itinere senatus haberetur, ipse Duilius eam non fecit, sed refecit. Deinde ne quis opponat duo templa Iani utrumque antiquissimum esse potuisse: accedunt testes locupletissimi Ovidius, Martialis, Servius, qui alterum Iani delubrum ante Domitianum fuisse quasi uno ore negant. Ovidius cum videret tot ianos i. e. fornices in compitis in Urbe esse collocatos, Deum Ianum in uno tantum stare miratus est Fast. I, 257:

> Cum tot sint iani, cur stas sacratus in uno
> Hic ubi iuncta foris templa duobus habes?

Idem arguit Martialis X, 28, ante quam Domitianus faceret Ianum quadrifrontem in foro transitorio, exiguos eum penates habitasse. Accedit Servius ad Aen. VII, 607: *sacrarium* (Iani) *Numa Pompilius fecerat.* — — *Quod Numa instituerat, translatum est ad forum transitorium.* Num luculentiores, antiquiores, concordiores auctores usquam

invenies? Num ultra procedere datur in eiusmodi quaestionibus?—At datur. Audiatur idem Servius, ubi adnotat ad Virgilii versum: *sunt geminae belli portae: Sacrarium hoc Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletum iuxta theatrum Marcelli.* Iam omnis dubitatio praecisa est; constat idem fuisse templum Pompilii ad theatrum Marcelli ac Duilii in foro olitorio et ad unam hanc eandemque Iani aedem referendum esse quicquid ante Domitianum traditur de Iani fano. Monendi sunt lectores id non suspicari nos, sed ab optimis plurimisque veteribus auctoribus edoceri, ut ad eam rem tanquam certam et indubitatam varia alia atque dubia nostro iure revocemus. Iam Beckerus, ut ad eum redeam, quo se vertit? Duo templa fuerunt Iani antiquissima. Audio; est medicina haec eius auctoris fere solemnis. At quod somniavit de aede Iani sine simulacro (p. 259), quod Festum, quod Servium gravissimi erroris incusavit (p. 139 n. 199, p. 254 sq.), id vix condono homini philologo. Omnino constat fuisse aedem Iani, cuius portae pace parta claudebantur, extra portam Carmentalem, sed proxime ut supra vidimus, quem in locum egregie convenit Martialis distichon X, 28, 3:

> Pervius exiguos habitabas ante penates,
> Plurima qua medium Roma terebat iter.

Fuit enim Iani aedes (quod luculentissime apparet ex Ovidii verbis supra laudatis) non nisi ianus aliquis sive bifrons sive quadrifrons Dei statua ornatus. Ea, quam Numa fecit, fornix erat pervius ad portam Carmentalem applicatus, quo transibant omnes qui a campo Martio foroque olitorio venientes boarium Romanumve petebant; sane plurimi Romani medium iter ibi terebant neque ignoramus quam celebris fuerit porta Carmentalis. Quae Beckerum p. 255 n. 405 permoverunt, ut in foro Iani aedem collocaret, quanquam (p. 348) miratum, qui factum sit ut tam raro commemoraretur, minime cogunt in foro statuere aedem Iani. Seneca cum iocatur Apocol. p. 396 Ruhnk. Ianum esse disertum *quod in foro vivat,* cogitavit de tribus ianis, qui in foro fuerunt, omnino diversis ab aede Iani. Neque curamus quod scholiasta Cruquianus ad Hor. Sat. II, 3, 18 tres illos ianos male putavit tres statuas ianumque medium habet pro templo Iani. Deinde Ovidii verba aedem Iani *iunctam esse foris duobus* non indicant Ianum fuisse in confinio duorum fororum, sed iunctum duobus, quae iunctura ad vicos referenda est, praesertim cum Ianus quasi vicorum sit patronus. Iam cum per portam Carmentalem ex alia parte ad forum olitorium, ex alia per vicum iugarium ad forum Romanum iretur, rectissime dicebatur, qui stabat in utriusque vici principio Ianus, iunctus duobus foris. Difficilius explicatur, qua ratione aedes Iani ad portam Carmentalem fuerit πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ συνεδρίου (Dio Cass. LXXIII, 13) vel, ut ait Procopius, ἐν τῇ ἀγορᾷ πρὸ τοῦ βουλευτηρίου. At quod collocatur a Procopio aedes Iani ἐν τῇ ἀγορᾷ, eodem iure excusandum est, quo

aedem Concordiae in foro sitam supra (V) excusavimus, praesertim in scriptore eius aetatis, qui accuratiora κριτήρια addidit et vocabulo ἀγορᾶς non aream tantum fori, quae ei videtur fuisse τὰ τρία φᾶτα, sed praeterea quoque aedificia publica foro continentia complecti potuit. Deinde quod dicitur aedes Iani fuisse ante portas curiae, primo gravius videbitur quam est re et natura loci perspecta. Cum foro chalcidicum, non curia ipsa adiaceret, ad hanc ascendisse puto senatores e regione vici iugarii, ut portis curiae aedes Iani ad portam Carmentalem opposita esset. Interiectum quidem erat aliquantum spatii, sed narratio Dionis recte procedit, modo a vestibulo curiae aedes Iani prospici potuerit, quod est verisimillimum. Iam enim aedicula aerea (Procop. l. c.) non solum erat in clivo locoque edito (XVI), sed cum ad ianum i. e. fornicem adiuncta esset, quod paullo ante vidimus, id ita factum esse videtur, ut in fornicis tectum aediculam imponerent; quare fornix est basis illa quadrata, de qua Procopius: ὁ δὲ ναὸς ὅπως χαλκοῦς ἐν τετραγώνῳ σχήματι ἵστηκε.—Quid mirum igitur, si Ianus dicitur fuisse ante portas curiae? Accuratius quidem locum eius definire periculosum est; in hac enim regione de nullo fere situ accurate constat. Ne ipsa quidem porta Carmentalis ibi videtur fuisse, quo Beckerus eam pingi iussit, sed propius ad S. Mariam della consolazione. Aedem Iani in imo monte venienti ex Urbe a dextra portae Carmentalis fuisse mox docebimus, ita collocatam, ut ex altera parte occasum, ex altera orientem intueretur (Procop. l. c. Ovid. Fast. I, 139). Curiam pone Graecostasin ad vicum iugarium sitam nihil videtur impedire, quominus ad S. Mariam della consolazione collocemus spectantem ad occasum et obiectam portae Iani ad orientem vergenti. Denique, ni fallor, eiusmodi situm indicat quod addit Procopius, esse aedem Iani ὀλίγον ὑπερβάντι τὰ τρία φᾶτα. Tria fata sive, ut ipse Procopius explicat, tres Parcae a Bunsenio et Beckero putantur fuisse tres Sibyllae, quas ex aere factas inter antiquissima monumenta *iuxta rostra* Plinius ait stare (XXXIV, 5, 11), neque equidem hoc negaverim, ut fecit Horkelius (*sulle tria fata*, Bullettino dell'instituto archeologico 1844 mense Ianuar.). Etsi enim coniectura incerta est, tamen, quam ipse comminiscitur p. 12 de aedicula quadam compitali dedicata *tribus fatis*, plane omni fundamento destituitur. Sed undeunde haec tria fata originem traxerunt, certum est ab Anastasio ecclesiis S. Martinae, S. Adriani, SS. Cosmae et Damiani tribui cognomen *in tribus fatis* et referri ab eodem de concione populi habita *in tribus fatis*. Unde verum vidisse puto Bunsenium (III, 2, 124) totum forum medio aevo ita dictum esse; nam qui sacram viam tantum ita appellatam putant, quoniam tres illae ecclesiae omnes in laeva parte fori sitae sint, oblivisci videntur in altera nullas ecclesias commemorari excepta S. Maria libera nos a poenis Inferni (hodie Liberatrice), quae aliunde cognomen traxit, neque *tria fata* vicum fuisse, cum populus in iis convenerit. Quod si igitur Procopius hoc dixit, templum Iani reperiri, cum paulo supra forum quis progrediatur, optime eum situm indicavit, quem nos supra templo adsignavimus.

XVI. Eiusdem aedis Iani, qui *pace latebat motisque armis recludebatur*, originem narrat Ovidius Fast. I, 259 sq. neque praetermittenda sunt, quibus ibi non obscure templi situm indicat. Interrogatus a poeta, cur coleretur una in aede ea quae iuncta sit foris duobus, respondet deus a Tarpeia olim portam urbis Saturniae Tatio esse apertam iamque regem clivo procedentem portam contigisse; tum fervido fonte recluso Sabinos se populisse. Qua re intellecta hanc portam Romanos postea claudi vetuisse belli tempore, quippe quae a deo defensa humana arte non indigeret (1), Ianoque ibi fecisse aram cum parvo sacello.—Porta ista urbis Saturniae, quam patefecit Tarpeia, fuisse ad montem Tarpeium ita constat, ut dubitare de ea re absurdum sit. Nam ut effigies Tarpeiae monstrabatur in aede Iovis Metellina (Fest. v. Tarpeiae p. 363), quae erat ad theatrum Marcelli (Becker p. 608), ut aquatum ivit virgo ad lacum Servilium subiectum monti Tarpeio, ita clivus portaque, qua Tatius aggressus est, ad eundem montem fuerunt. At eo ipso loco ad portam Carmentalem Iani aedem fuisse supra demonstravimus indicem belli pacisque, neque mediocriter nostra opinio Ovidii testimonio confirmatur. Iani ara ante portam, quam Tarpeia aperuit, sed proxime ab ea posita est (2); contigerat enim portam Tatius neque tamen intraverat, cum aquis intercluderetur. Cum eo componendum est quod supra vidimus, fuisse Iani aedem extra portam Carmentalem, sed prope abfuisse. Pertinuit igitur ea porta, de qua agitur, ad Carmentalem, id quod egregie confirmant Dionysii verba X, 14 a Beckero p. 120 reiecta quasi ineptissimae nugae: *διὰ τῶν ἀκλείστων πυλῶν (εἰσὶ γάρ τινες ἱεραὶ πύλαι τοῦ Καπιτωλίου κατά τι θέσφατον ἀνειμέναι· Καρμεντίνας αὐτὰς καλοῦσιν) ἀναβιβάσας τὴν δύναμιν εἶχε τὸ φρούριον.* — Ipsa quidem porta Carmentalis non erat, sed ea comprehendebatur, ut mox videbimus.—Sane mira est varietas earum rerum quae referuntur de porta ista nunquam clausa in monte Capitolino. Eam fuisse portam antiquae urbis Saturniae iam vidimus, quae cum ab ipso deo defenderetur eaque de causa belli tempore non clauderetur, propterea reclusa clausave belli pacisque index esset. Ita recensetur a Varrone V, 34 in portis intra Urbem: *tertia est Ianualis et ideo ibi positum Iani signum et ius institutum a Pompilio, ut sit aperta semper, nisi cum bellum sit usquam* (3). Quod fuerit porta Ianualis intra Urbem ut explicem, addam

(1) Hoc significat versus: *Quae fuerat tuto, reddita forma loco est.*

(2) Non recte Beckerus p. 118 portam Ianualem aedemque Iani diversam esse negat; distinguendae sunt, quamquam saepissime confunduntur portaque cum ara Ianique simulacro dicitur Ianus geminus. Porta est Ianus, qui sustinet aram cum parvo sacello.

(3) De errore Macrobii, qui portam Ianualem sub radicibus collis Viminalis collocat (I, 9), post Beckerum p. 350 quod addam, non habeo. Lautulas sub Carinis, Ianum geminum in monte Tarpeio fabulosa antiquitas coniunxit; quam posteri ut corrigerent et aliquam veri speciem carmini induerent, alius finxit portam Ianualem in Viminali, alius Lautulas *quae fuissent* ad Ianum geminum (Varro V, 32), alius de duplici pugna cogitavit.

alteram fabulam Polyaeni Strateg. VIII, 25: Gallos in foedere cum Romanis icto cavisse, ut arcis porta una ne unquam clauderetur; Romanos ut periculum effugerent illaesa iurisiurandi religione portam fecisse patentem in monte praerupto. Apparet portam fuisse non in muro Serviano, sed ad eam partem, qua praeceps Capitolii rupes pro munitione erat, eaque de causa dici potuit intra Urbem, etsi item Saturniae urbis porta credebatur. Nam loqui Polyaenum de porta, cui alias Ianuali nomen erat, persuasum habeo, eandemque fuisse arbitror portam *Saturniam* antiquae Urbis Saturniae vestigium, postmodum appellatam *Pandanam*, quia semper pateret (Varro V, 7; Solin. I, 13; Paul. Diac. p. 220). Nam Saturnia oppidum fuit in monte Capitolino.—Tertia narratio est quae legitur apud Festum (v. Tarpeiae p. 363), Tatium in pace facienda cavisse cum Romulo, ut ibi semper pateret Sabinis, ubi Tarpeia eos recipere voluisset (1). Non est inepta; euntibus enim a Palatio ad Capitolium proxima via erat a porta Romanula ad Carmentalem (2).—Denique eodem pertinere videtur *porta scelerata*, per quam profecti CCCVI. Fabii ad Cremeram fluvium interfecti sunt; quo factum est, ut via haec infausta videretur et a religiosis hominibus fugeretur (Becker p. 138). Hanc portam Livius dicit II, 49 *portae Carmentalis ianum* (i. e. arcum) *dextrum*, Ovidius ita Fast. II, 201:

> Carmentis portae dextra est via proxima Iano;
> Ire per hanc noli, quisquis es; omen habet.

id est a dextra parte portae Carmentalis, venienti ab urbe scilicet, via est proxima Iani templo (3) infausta. Id tam bene convenit in portam Ianualem, ut, etsi paullo minus fabulosa haec narratio videatur, tamen ad commenta eam de porta ista semper pandente referre non dubitem. Porta Carmentalis cum esset sub monte in planitie, a dextra coniuncta ei erat porta Ianualis in imo monte sita, quam Ovidius a porta Carmentali quasi aliam portam separat, Livius dextrum eius fornicem facit, Dionysius minus accurate a Carmentali non distinguit. In ipso monte fuisse Iani aedem cum multa indicant, tum diserte dicit Ovidius describens viam qua ivit Tatius rex Fast. I, 263: *Inde* (a monte Capitolino), *velut nunc est, per quem descenditis, inquit, arduus in valles per fora clivus erat.* Arduo clivo itur per fora in valles, id est ab hac parte per forum Romanum in vallem infimum, ab altera per forum olitorium in Campum Martium, ut coniectura *in valles et fora*, quam de-

(1) Ita accipio verba obscura et aperte corrupta.

(2) Quomodo ii, qui portam Ianualem ad foedus Sabinum referebant, ad id ipsum applicaverint Iani aedem, intelligitur ex verbis Servii XII, 198: *Postquam Romulus et Titus Tatius in foedera convenerunt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum est quasi ad imaginem duorum populorum.*

(3) Ita codd. meliores. Beckerus p. 138 n. 198 scripturam *dextro est v. p. Iano* contra Merkelium defendit.

fendit Beckerus p. 349 n. 654, minime necessaria videatur. — Quae si satis probabiliter disputavimus, mirantibus nobis miram illam varietatem narrationum cum fabulosarum tum historicam speciem prae se ferentium, quae ita in diversa plane et contraria abeunt, ut sollertissimo etiam antiquorum testimoniorum conciliatori desperandum sit, haec, inquam, mirantibus apparebit tamen omnibus subesse certus locus certaque res: aedicula Iani cum porta nunquam clusa, quae fabulis istis originem dedit, ut nubes attrahuntur a cacumine montis. Quae observatio fortasse maioris momenti erit quam accurate scire, ubi fuerit aedes Iani; multi enim hodie ignorare videntur a vulgo non corrumpi solum historiam, sed multa etiam nova confingi. Omnino iis, qui de rebus antiquissimis quaerunt, auctor sum, ut legant, quae scribunt mirabilia urbis de caballis marmoreis, quare facti sint, atque de cocovaia in equo Constantini; fortasse lectis festivis his commentis minus severi erunt in antiquissimos Romanorum fabulatores.

XVII. Aedem Iani Numa fecit *ad infimum Argiletum* (Liv. I, 19.) sive *circa imum Argiletum iuxta theatrum Marcelli* (Serv. ad Virg. Aen VII, 607). Beckerus p. 253 sqq. multis verbis probare studet Argiletum fuisse regionem inter Quirinalem montem et Capitolinum, acriter invectus in Servium levissimum auctorem, acrius etiam in topographos caece eum secutos. Nobis communis opinio verior videtur Argiletum ibi fuisse, ubi mons Capitolinus ad Tiberim vergat. Omnino pendet situs Argileti ex quaestione de aede Iani supra exposita, et si recte statuimus Iani templum, quod solum Romae erat ante Domitianum, fuisse supra portam Carmentalem, decisum est etiam de Argileto. Restant tamen argumenta quaedam cum afferenda tum refutanda, et haud scio annon demonstrari possit, etiamsi nihil accepissemus de Iani aedicula, tamen quae traduntur de Argileto minime suffecisse, ut Servius tanti erroris incusaretur. Nam primum quod ait Martialis I, 17:

> Tonstrix Suburae faucibus sedet primis,
> Cruento pendent qua flagella tortorum
> Argique letum multus obsidet sutor,

id, si Beckerum audis, ita probat Argiletum fuisse Suburae vicinum, ut ne controversia quidem de ea re esse possit. Equidem quod simpliciter posuit, non minus simpliciter nego; si me audis, tanta est coniunctio Suburae cum Argileto, quanta tonstrici cum sutore.—Paullo gravius est, quod efficitur ex tribus epigrammatis, quibus idem poeta ubi prostaret liber indicavit:

I, 4, 1: Argiletanas mavis habitare tabernas
Cum tibi, parve liber, scrinia nostra vacent?

I, 118, 9. Argi nempe soles subire letum.
Contra Caesaris est forum taberna
. . . .
Illinc me pete—ne roges—Atrectum,
Hoc nomen dominus gerit tabernae.

I, 3, 5 Ne tamen ignores ubi sim venalis et erres
Urbe vagus tota, me duce certus eris.
Libertum docti Lucensis quaere Secundum
Limina post Pacis Palladiumque forum.

Verum est, cum in eodem libro inveniantur, facile cogitari posse de eadem taberna, ubi epigrammata prostarent; neque tamen cum Beckero eum, qui Secundum illum ab Atrecto diversum esse putat, sanae mentis esse negaverim. Imo haud placet coniunctio duorum cognominum *Atrecti Secundi* neque absurdum est Martialem librum suum duobus bibliopolis dedisse vendendum, quorum uterque cum suum epigramma postularet, in principio alterum, alterum in calce collocaret poeta. Equidem his versibus vix coniecturam superstruere ausus essem, si deessent alia testimonia, certe ad refutanda haec iis non abutar. De Caesaris foro postea videbimus; hoc addendum est, aliunde constare fuisse tabernas librarias in ea parte urbis, ubi nobis est Argiletum (Horat. epist. I, 20, 1: *Vertumnum Ianumque, liber, spectare videris*. Cf. Becker p. 308. 342 489.).—Denique utitur vir doctissimus loco Virgilii VIII, 345, ubi Evander Aeneae futuram Urbem demonstrat:

Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram
Et *Carmentalem* Romano nomine *portam*
— — —
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer *asylum*
Rettulit et gelida monstrat sub rupe *Lupercal*
— —
Nec non et sacri monstrat nemus *Argileti*
Testaturque locum et letum docet hospitis Argi.
Hinc ad *Tarpeiam sedem* et *Capitolia* ducit.

Quod Beckerus adnotavit, cum Evander per portam Carmentalem ingressus Argiletum monstret, id non fuisse ad theatrum Marcelli ante portam Carmentalem, verum est, at non ibi Argiletum fuisse putamus, sed supra Carmentalem portam in monte Capitolino (1). Ita ingresso per hanc portam a laeva fuit, ut a dextra Lupercal in Palatino, omniaque recte procedunt. Contra quomodo Evander, antequam ad Tarpeiam sedem perveniret, comiti vallem inter montes Capitolinum et Quirinalem situm monstrarit, Beckerus adnotare oblitus est. Ei non multum tribuo, quod Varro V, 32 coniungit Lautulas, Aequimelium, ad busta Gallica, Doliola, Argiletum; etsi enim excepto loco ad busta Gallica, qui ubi fuerit ignoratur (Becker p. 485), omnia inter Capitolium et Tiberim fuisse probari potest—Lautulas scil. veteres illas ad aedem Iani, Aequimelium infra vicum iugarium (Becker p. 485), Do-

(1) Videndum est, ne nemus Tarpeium, de quo supra exposuimus (XIII), ab Argileto non sit diversum.

liola ad cloacam maximam (Becker p. 484), Argiletum denique supra aedem Iani—tamen bene animadvertit Beckerus p. 260, a Varrone hic similia potius quam coniuncta loco componi. At non opus est hoc testimonio. Satis constat non Servium de Argileti situ erravisse, sed Beckerum.

XVIII. Tabernam Argiletanam, in qua libri epigrammatum essent venales, ait Martialis fuisse *contra forum Caesaris*. Quod Beckerus p. 367. interpretatus est forum Caesaris eius, qui tum regnabat, id est Domitiani, ut significetur forum transitorium. Explicatio minime est inepta; sed rectius in carmine, quo lectori iter ad librarium pedestri quasi sermone indicatur, nomina ponebantur vulgaria atque Caesaris forum id dicebatur, quod vulgo ita appellari solebat, id est forum Iulium. Certe nobis, cum Argiletum nostrum et forum transitorium longe distent, Beckeriana illa interpretatio ademta est et ea sola relicta, quae est simplicior. Videamus igitur, ubi fuerit forum Iulium. Quod si recte Beckerus posuisset a sinistra fori prope viam quae dicitur de Marforio, valde haereremus; at argumenta, quibus hoc studet ostendere, cum omnia infirma sunt, tum debilissimum est, quod primo loco posuit ex notitia desumtum, quae ita in reg. VIII fora recenset: *atrium Minervae. forum Caesaris. Augusti. Nervae. Traiani. templum Traiani et columnam*. Fora omnia, ubicunque fuerunt, coniungi quis non videt, neque ex ordine locorum recenseri, sed ut deinceps facta sunt ab imperatoribus? At gravius peccavit Beckerus in his verbis interpretandis p. 375, cum fungens ita: *forum Caesaris. Augusti. Nervae Traiani* et addens, a notitia *forum transitorium* i. e Nervae in reg. IIII nominari, ita separari regiones putaret, ut quarta foro Nervae, octava tribus aliis foris terminaretur. Quod nobis praetermittendum non est, cum ad forum bene definiendum maxime faciat regionum fines recte constituisse. Iam ut alia omittamus, coniunctio illa *Nervae Traiani* artificiosa est et minime apta; quis enim unquam forum Traiani significaturus locutus est de foro Nervae Traiani? Deinde in epitoma eadem plane ratione componuntur fora *Caesaris. Augusti. Nervae. Traiani*, neque nominatur forum transitorium, unde Beckerus eundem illum, qui forum Traiani dixerit *forum Nervae Traiani*, omisisse forum transitorium seu Nervae statuit (p. 716)! Beckerum rationes allaturum esse putabis, excusaturum se, coactum ita se interpretari. Quid ille? « Contra omnes codices omnesque editiones tacite Bunsenius post *Nervae* interpunxit, quod exemplum esto quanta cum religione topographi in istis rebus versati sint ». Equidem, qui non sum philologus, quid sit interpungere contra codices editionesque omnes, cupio discere a viro philologo. Indignum est eum virum, qui in hac re certe modeste et ratione libros antiquos tractavit, propter id ipsum acerbe vituperari ab Aristarcho in ipsa reprehensione turpiter lapso. Quousque ferenda est insolentia ista cum iniquitate coniuncta? et quonam, quaeso, abiit hominum litteratorum liberalitas et dignitas? Sed ad rem revertamur. Cum constet et forum transitorium a Nervae foro non differre (Becker p. 374),

et forum id a notitia cum in quarta tum in octava regione nominari, sequitur finem regionum separasse medium forum; quod cum prima cogitatione absurdum videatur, tamen optime procedit re diligentius cognita. Nam bene Niebuhrius animadvertit forum Nervae a vico quodam, qui per medium transiret, appellatum esse pervium sive transitorium ideoque fornicem, per quem intrabatur, saeculo XVI adhuc exstantem, in imagine Du Peracii visi ingentem multoque solito ampliorem. Assentitur Beckerus (p. 376). Iam si ponimus illum vicum, qui per forum Nervae transibat, separasse regiones IIII et VIII, optime explicatur, cur a notitia in regionum finibus constituendis id bis describatur. Quin quod inde repeti possunt *duo fora Nervae* in mirabilibus (effem. III, 382) commemorata, cum ipse Martialis dicat de Iano Quadrifronte, qui erat in medio foro transitorio: *fora tot numeras, quot ora geris* (X, 28, 6). Unde Ianum hunc in quadrivio fuisse puto et praeter eam viam, de qua disputavimus, alteram etiam pervium forum transisse, qua ibatur a foro Traiani ad templum Pacis. Quae res maxime facit ad fori imaginem bene repraesentandam; cum enim fori transitorii vestigia hodieque visantur, vicus qui erat inter reg. VIII et IV accurate pingi potest, et ita et basilica Aemilia et alia multa cum aliqua certitudine determinari. Denique cum forum Nervae ad VIII. quoque regionem pertineret, iam facile intelligitur, cur atrium Minervae hoc loco a notitia commemoretur; fuit enim pars templi Minervae clarissimi in foro transitorio, cui inde etiam Palladio nomen erat. Inde factum est, ut extra ordinem atrium cum foris coniungeretur; erat enim quasi pars fori transitorii. Eadem ratione notitia in reg. IX theatris, quae omnia uno loco recensentur, cryptam Balbi item extra ordinem adiunxit quasi ad Balbi theatrum pertinentem.

XIX. At alio paene delati sumus, quam quo cursum instituueramus, ad forum Iulium. Beckerus praeter notitiam provocat cum ad epistolam Ciceronis ad Att. IV, 16, tum ad narrationem Palladii, se vidisse inter vicum, qui dicitur *salita di Marforio*, et forum Augusti vestigia templi antiqui intercolumniis ita exiguis, ut similia nondum observasset. Id templum Beckero videtur fuisse aedes Veneris Genitricis in foro Iulio, quam inter templa pycnostyla nominat Vitruvius III, 3, 2: *quemadmodum est divi Iulii et in Caesaris foro Veneris et si quae aliae sic sunt comparatae.* At cum Vitruvius iam eiusmodi complures novisset, quot postea pycnostyla fana fabricata esse putandum est spatio magis magisque coarctato?—Quod attinet ad epistolam, ita Cicero scribit: *Paullus in medio foro basilicam iam paene texuit iisdem antiquis columnis; illam autem quam locavit facit magnificentissimam. Quid quaeris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. Itaque Caesaris amici (me dico et Oppium, dirumparis licet) in monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut forum laxaremus et usque ad atrium Libertatis explicaremus, contemsimus sexcenties HS. Cum privatis non poterat transigi minore pecunia. Efficiemus rem gloriosissimam, nam in campo Martio septa tributis comitiis marmorea su-*

mus ei tecta facturi rei. Beckerus cum de his verbis difficillimis antea (p. 302) dubitasset, postremo p. 459 sq. quatuor aedificia diversa ibi commemorari arbitratus est-basilicam Paulli (*Paullus—columnis*), basilicam Iuliam (*illam—gloriosius*), forum Iulium (*Itaque—pecunia*), septa Iulia (*efficiemus sqq.*). De basilicis verum vidisse Beckerus videtur, sed de ea re nunc non quaerimus; nostra interest, quod forum Iulium hic se reperisse putat, neque id stare potest cum nostra de Caesaris foro sententia. Atrium enim Libertatis fuisse vicinum villae publicae in Campo Martio, ubi nunc est palazzo di Venezia, Beckerus bene demonstravit (p. 458 cf. 625); quare si ad id pervenit forum Iulium, certe non ibi fuit, ubi nobis fuisse videtur. Quanquam non intelligo, qua ratione ipsum Beckeri forum Iulium dici possit explicatum usque ad atrium Libertatis; longe enim distat. At nihil indicat apud Ciceronem pergi ad aliam rem a verbo *efficiemus;* imo simplicissimum est quicquid sequitur verba *Itaque Caesaris* referre ad septa Iulia. Forum dici ea non mirum est, cum comitiis tributis, quae adhuc in foro fiebant, destinarentur. Septis Iuliis denique egregie convenit explicata ea esse ad atrium usque Libertatis, cum villa publica septorum pars (Cic. l. c.) adiaceret atrio.—Ita falsis argumentis remotis superest, ut nostra afferamus, quod paucis fieri potest. Catalogus imp. Vienn. T. II, p. 247 (vide supra XIV in fine) simul arsisse ait curiam, forum Caesaris, basilicam Iuliam, Graecostadium. Iam cum curia, Graecostadium, basilica omnes ad forum sub Capitolio Tiberim versus essent, contiguum his forum Caesaris eadem parte fuisse consentaneum est. Porro Martialis tabernam in Argileto, id est in imo monte Tarpeio versus forum dicit *contra Caesaris forum,* quod superioribus bene convenit. Non minus apte ad hunc locum refertur, quod ait Plinius XVI, 44, 86 *altera lotus in Vulcanali—radices eius in forum usque Caesaris per stationes municipiorum penetrant.* Vulcanale a dextra arcus Severi erat; quare si porrigebantur radices ad dextram partem per viam novam pervenire potuerunt usque ad forum Iulium, quod, etsi accuratius locum ignoramus, tamen fere inter vicum iugarium curiamque Iuliam fuisse crediderim. Quanquam etiam ei loco, in quo Beckerus forum Caesaris collocavit, hoc convenit; tum lotus ad laevam radices egisse putanda est.—Ceterum *stationes municipiorum* nisi hoc loco non memorantur (cf. tamen Suet. Nero 37); at si recte cetera ordinavimus, dubitari non potest quin fuerint inter Graecostadium atque novam viam videturque similis locus fuisse a comitio substructus, ubi consisterent, qui municipes Romae morabantur, uti nationum legati in Graecostadio (1).—Tum recte se habent, quae Tacitus refert Ann. XVI. 27: *postera luce duae praetoriae cohortes armatae*

(1) Arcus Constantini post arcum Severi et Vulcanale monstrat arcum alium, deinde aedificium arcubus superstructum, quod bene convenit Graecostasi Iuliae. Arcum secundum novae viae superpositum esse existimo, ut Severi sacrae; qui fuerit, ignoratur: nam qui eum Tiberii esse dicunt factum *propter aedem Saturni* (Tac. Ann. II, 41 Becker p. 345), ut omittam quaeri posse, num hic locus recte dicatur *propter Saturni,* obliti sunt, quod ait Suetonius Claud. 41: *Ti-*

templum Genitricis Veneris insedere. Aditum senatus globus togatorum insederat non occultis gladiis dispersique per fora ac basilicas cunei militares, inter quorum aspectus et minas ingressi curiam senatores. Apparet curiam fuisse contiguam aedi Veneris, id est foro Iulio, quod cum Beckeri rationibus obstaret, audacter magis quam feliciter curiam esse ipsam aedem dixit (p. 369 n. 700). Ex nostra opinione omnia recte procedunt: milites alii intra fori Iulii muros consederunt, alii per fora, id est boarium Romanumque et basilicas, id est Sempronian et Iuliam, dispersi sunt, togati cum armis ad curiam constiterunt.—Denique forum Caesaris duodecimo etiam saeculo nomen retinuisse videtur. Ita enim ordo Romanus a. MCXLIII. (Mabillon mus. Ital. II. p. 143): *prosiliens ante S. Marcum* (palazzo di Venezia) *ascendit sub arcu manus carneae* (1) *per clivum argentarium* (salita di Marforio) *inter insulam eiusdem nominis et Capitolium, descendit ante privatam Mamertini* (carcerem), *intrat sub arcu triumphali* (Severi) *inter templum fatale* (S. Martina) (2) *et templum Concordiae, progrediens inter forum Traiani et forum Caesaris, subintrat arcum Nerviae* (in foro Nervae) *inter templum eiusdem deae et templum Iani, ascendit ante asylum* (S. Cosmas? Cf. tamen Mirab. III, 379) *per silicem* (sacra via), *ubi cecidit Simon Magus iuxta templum Romuli* (S. Cosmas sive aedes Romae et Veneris Mirab. I, 70), *pergit sub arcu triumphali Titi et Vespasiani, qui vocatur septem lucernarum.* Neque alii (cf. Beckerum p. 377 n. 717) haec explicuerunt neque possum ego ita, ut

berio marmoreum arcum iuxta Pompeii theatrum decretum quidem olim a senatu, verum omissum peregit.—Stationes municipiorum videntur in hac pictura Vulcanali esse comprehensas, quod totam fori partem Capitolio subiectam occupat; fortasse cancelli, qui sunt intuenti a laeva, vacuo cancellis spatio separati ab iis qui sunt propius ad arcum Severi, ad municipiorum stationes pertinent. Ad eundem arcum, qui male Tiberii putatur, pertinet quod aiunt Mirab. III, 383: *Post S. Sergium templum Concordiae, ante quod arcus triumphalis imus.— Ex alia parte fuit arcus miris lapidibus tabulatus, in quo fuit historia qualiter milites accipiebant a senatu donativa sua per sacellarium, quod administrabat hoc que (scr. qui) omni pensabat in statera, ante quam darentur militibus. Ideo vocatur Salvator de statera.*

(1) Qui fuerit, ignoratur; non tamen videtur diversus esse ab *arcu argentario*, in prima Marinii papyro anni fere DLXX. p. Chr. ita commemorato: *inde itur iuxta ecclesiam S. Marcelli* (S. Marcello nel Corso) *et deinde recto itinere producitur per viam, quae est sub monte Tarpeio usque ad arcum argentariorum;* quam notitiam amicis debeo. Erat arcus ille sub monte, ubi a via lata in Capitolium ascendebatur, in extremo clivo argentario, neque video cur in documento satis antiquo genuinum arcus nomen servatum esse negemus. Argentarii, qui in basilica Porcia stationem habebant, in vico suo ultimo eum collocaverunt Imperatorem aliquem honoraturi, ut argentarii et negotiantes boarii de foro boario Septimio Severo in confiniis fori eius arcum fecerunt, qui adhuc exstat.

(2) Mirab. effem. III, 383 *ante aedem privatam Mamertini templum Martis — iuxta eum templum fatale in S. Martina.* Cf. I, 67 *arcus Caesaris et senatorum inter aedem Concordiae et templum fatale.* Horkel sulle tria fata p. 11.

omnia satisfaciant, interpretari quasi aegri somnia. Mirum sane est, quod, nisi intratur in forum Nervae, tamen id tangitur procedendo ab arcu Severi ad S. Cosmam; sed ferri potest—haec enim Urbis pars eo tempore vicis privatisque aedificiis minime carebat—templumque Nerviae a laeva trahi ad templum Minervae in foro, templum Iani a dextra ad Ianum medium ita iam in scholiis Horatianis appellatum et in foro dudum superstitem (*Canina* indicaz. topograf. p. 167). Facilius etiam explicatur, quod nostra interest, procedi, cum ventum sit per arcum Severi, inter forum Traiani et forum Caesaris; qui erat in capite fori, a laeva Traiani, a dextra Caesaris forum habebat, quo nomine fortasse tum comprehendebantur omnes istae Iuliorum tectorum, basilicae, curiae, fori, Graecostadii ruinae in dextro fori latere prope collocatae. At missa faciamus, quae medio aevo commenti sunt homines indocti. Nolo enim bonum otium terere in colligendis aliis fabellis de Iani templis atque Caesaris Nervaeque foris iisque cum summo legentium taedio meoque maiori etiam explicandis; non enim sine animi dolore in istis sordibus splendidae antiquitatis vestigia rimamur. Neque opus esse videtur solidis argumentis nostris ea adiungere, quae verbo quis reiicere possit. Itaque hunc finem esse volumus quaestionum harum topographicarum. Unum est addendum, quod, etsi apertum, tamen dicendum est, ne sedulo tacuisse id videamur; omnem doctrinam multam sane et variam, quae subinde appareat in hoc libello, non nobis deberi, sed universam sumtam esse a Beckero, qui tanta diligentia auctorum loca ad hanc rem facientia collegit, ut facilius sit mirari quam imitari. Quod grato animo profitemur, non excusamus; non enim sibi haec paravit, sed omnibus. Praeterea scripta sunt haec Romae, id est et in summa temporis angustia et in maxima paucitate librorum. Factum est igitur, ut saepe in rebus iudicandis, ubi, causa instructa, ad consilium de ea re postquam relatum est, iterum ex actis referre solet de eadem re alius. Causam instruxit Beckerus; retulimus uterque. Uter verum viderit, iudicium esto penes viros doctos et Romanos et Lipsienses.

In Capitolio anni 1845 mense Ianuario.

Cum scripta haec essent et prelo parata, post aliquot menses liber, quem contra Beckerum scripsit Urlichs Bonnensis, Romam perlatus est. In quo, quamquam in summa re adversarios habemus et Beckerum et Bunsenium cum suis, quorum in bello isto, si Diis placet, topographico de foro et Capitolio summa est concordia, invenimus tamen quaedam, quae ad nostras res pertinebant, recte notata et diligentius interdum, quam factum erat a nobis, exposita; quibus libenter, quae a nobis parata erant, auxissemus, modo id per eius libri naturam recte et honeste fieri potuisset. Laesum esse auctorem a Beckero acerbo semper, saepe iniquo censore quoniam non uno loco diximus, id quoque non dissimulabimus, huius libri scriptori ne eam quidem excusationem esse profuturam, quod scripserit lacessitus. Defensio flagitat et dignitatem et fidem; ubi sola doctrina apparet, ea uti nos non sustinemus.

Mense Aprili 1845.

EXPLICATIO TABULAE ADIUNCTAE O.

A. Templum Iovis O. M.
B. Tabularium.
C. (Curia Hostilia antiqua).
D. (Senaculum) Aedes Concordiae.
E. Carcer Mamertinus.
F. (Curia Hostilia Sullae). Arcus Severi.
G. Basilica Porcia s. argentaria.
H. Vulcanal (Graecostasis antiqua-stationes municipiorum).
I. Graecostasis Iulia.
K. Lacus Servilius.
L. Aedes Iani.
M. Curia Iulia.
N. Basilica Iulia.
O. Basilica Sempronia.
P. Aedes Castoris.
Q. Aedes D. Augusti.
R. Aedes Minervae.
S. Aèdes Vestae.
T. Rostra reipublicae.
U. Rostra imperatoria.
V. Aedes D. Iulii.
X. Basilica Aemilia.
Y. Ianus quadrifrons.
Z. Templum Faustinae.
a. Clivus Capitolinus.
b. Vicus iugarius.
c. Porta Carmentalis.
d. Vicus ad forum boarium.
e. Vicus Tuscus.
f. Nova via.
g. Sacra via. (sub novis).
h. Sub veteribus.
i. Vicus inter regiones IIII, et VIII.
k. Aedes Remi.
l. Basilica Constantini.
m. Arcus Titi.

LETTERA DEL SIGNOR CONTE B. BORGHESI AL DOTTORE G. HENZEN.

Reputo non disperata la soluzione del quesito che mi proponete per parte del sig. dott. Heyse, concernente la restituzione del nome ch'è perito nel cap. 116 del L. II di Vellejo Paterculo. Analizzando quel capitolo parmi evidente, ch'egli parlava in quel luogo di un personaggio ch'era ancor vivo e possente, quando scriveva il suo libro, perchè manifestamente l'adula, quando vuole equipararlo a coloro, che fiorirono in quel tempo per gloria militare, quantunque in sostanza confessi che non si era segnalato per alcuna impresa bellicosa. Intanto la ragione che adduce per ricordarlo, mi sembra essere comune tanto a lui quanto a Nerva Siliano nominato subito appresso, imperocchè dopo aver indicato parecchi di quelli che riportarono allora gli ornamenti trionfali, afferma espressamente di voler mostrare, quanta parte avesse la fortuna nel dispensarli, e cita perciò due, che non gli ebbero, cioè l'anonimo, a cui dice esser mancato non il merito, ma l'occasione di conseguirli, e Siliano, a cui una morte immatura li rapì. Io certo non sò dare altro senso alla frase *deceptus est* CONSVMMATIONE *imaginis evectae in altissimum paternumque fastigium,* se non quello, che avendo egli avuto il consolato e la provincia, come fra poco mostrerò, non gli mancò che quest'ultimo onore per pareggiare gli ottenuti dal padre P. Silio console nel 734, e conquistatore del Norico nel 738 (Dione l. 54 c. 20). Un' altra cosa mi sembra pur certa, ed è, che come Nerva Siliano fu console nel 760, così anche l'ignoto doveva essere un consolare, se anch'egli aspirava agli onori trionfali, i quali innanzi che fossero inviliti da Claudio e da Nerone, non si usò di concedere a persone di minor dignità. Premesse queste basi, ch'io ritengo assai ferme, ammetterò anch' io il bisogno di concedere, che ambedue abbiano in qualche modo appartenuto alla guerra pannonica e dalmatina incominciata da Tiberio nel 760 e terminata nel 763, sì perchè è in tale occasione, che si favella di loro da Vellejo, sì perchè attesta precisamente che l'anonimo *functus est splendidissimis ministeriis in Illyrico.* Ma dall'altra parte io non sò ritrovare quali fossero gli splendidissimi ministeri, che potessero essere occupati da loro in quella congiuntura, e che atti fossero a loro procurare gli ornamenti del trionfo. A tal'uopo bisognava ch'essi fossero o Legati di Augusto della provincia, o almeno Legati del supremo comandante Tiberio, imperocchè se fossero stati semplici Legati del Legato della provincia, un tal'ufficio non bastava per aprir loro l'adito a quest'onore, come infatti per fede dello stesso Vellejo c. 116 non bastò a L. Apronio console nel 761 esserlo stato di Vibio Postumo nella medesima guerra, tuttochè vi si diportasse valorosamente, non essendo stato ascritto fra i trionfali, se non che nel 768 dopo essere addivenuto Legato del Cesare Germanico. Ora nel principio di quella guerra la Pan-

nonia e la Dalmazia non facevano ancora che una provincia sola, il cui reggimento contenuto da Valerio Messalino console nel 754, come consta da Dione (L. 55 c. 29), che lo dice *Dalmatiae Pannoniaeque Praefectus*, e anche da Vellejo (c. 112), che con nome complessivo lo chiama *praepositus Illyrico*, il quale Messalino decorato degli ornamenti trionfali tornò a Roma con Tiberio nel 764, quando la Pannonia fè mostra di essere pacificata. A lui nella Dalmazia fu sostituito Vibio Postumo (Vellejo c. 116), mentre il comando dell'esercito pannonico restò a Tiberio, che nella sua assenza si fè rimpiazzare da M. Lepido (id. c. 114). Non vi è posto adunque a quel tempo per questi due nella legazione della provincia, come non lo trovo del pari fra i Legati tiberiani di quella guerra. Gli storici sono concordi che per le vittorie in essa riportate fu decretato a Tiberio il trionfo nel 763, ch'egli *distulit moesta civitate clade Variana* e Svetonio (Tib. c. 20) nell'annunziarci che nel 765 *triumphum, quem distulerat, egit* aggiunse, *prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat*. Se dunque anche i nostri due fossero stati allora Legati di Tiberio avrebbero avuto gli onori ch'ebbero gli altri e certamente poi in tal caso non sarebbe loro mancata l'occasione di meritarseli. Arroge che Dione (L. 56 c. 12) ci ha conservato il nome di questi Legati, i quali furono Germanico, M. Lepido e Plauzio Silvano, e infatti degli onori trionfali per Germanico ci è testimonio lo stesso Dione (L. 56 c. 17), per M. Lepido Vellejo c. 115, per Plauzio Silvano l'iscrizione di Ponte lucano. Ma se la cosa stà così, come dunque si spiegheranno queste apparenti contraddizioni di Paterculo? Ecco ciò che ne penso.

Niuno che io sappia ha finora determinato il tempo preciso, in cui la Pannonia fu staccata dalla Dalmazia col darsi a ciascuna di loro un rettore particolare, ma ho mostrato di sopra, che fino al principio della guerra tiberiana erano ancora unite, presiedendo ad ambedue Valerio Messalino. Ora aggiungerò che la loro separazione era certamente seguita nel 767, perchè apparisce manifestamente da Vellejo l. 2 c. 125, che in quell'anno Giunio Bleso comandava le legioni dell'Illirico inferiore, che pannoniche vengono chiamate da Tacito (L. 1 c. 16), mentre nello stesso tempo P. Dolabella reggeva l'Illirico marittimo, il quale in una sua lapide presso il Grutero p. 396 1 vien detto invece superiore, e giustamente, perchè anche nelle due Germanie, nelle due Mesie, e più tardi nelle due Pannonie si disse superiore la provincia più vicina a Roma, inferiore la più lontana. Se dunque l'Illirico era ancora unito nel 760, e già diviso nel 767, qual' anno più opportuno per questa separazione del 763, in cui per la guerra allora terminata quella provincia aveva ricevuto tanto accrescimento, talchè Augusto ci dice nelle tavole ancirane *Pannoniorum gentes devictas per Ti. Neronem, qui tum erat privignus meus imperio populi Romani subieci, protulique fines Illyrici ad Istri fluminis ripam?* La pacificazione del paese era già compita, ed era già stato decretato

il trionfo, quando nello stesso anno Tiberio e Germanico si restituirono a Roma, ove saranno stati seguiti secondo il solito dai Legati, che dovevano accompagnare il trionfante, come poi fecero effettivamente più tardi, e fra i quali havvi ogni presunzione, che fosse anche Vibio Postumo, a cui pure toccava di prender parte al trionfo, se anch'egli fù uno dei Legati trionfali di quella guerra. Tiberio adunque innanzi di partire dovette consegnare ad alcun altro l'esercito pannonico, ma questo tale a cui lo consegnò non fù per certo Q. Giunio Bleso, che troviamo poi comandarlo nel 767 (Tac. An. 1, 16), perchè nello stesso anno 763 egli era suffetto nel consolato dalle calende di luglio a quelle di gennaro, siccome ho mostrato nella mia lettera al Gennarelli, onde fù sicuramente uno dei due consoli, fra i quali Tiberio *cum Augusto simul sedit*, allorchè al suo ritorno *urbem praetextatus et laurea coronatus intravit*, secondo che ci fà sapere Svetonio (Tib. c. 17). Ed anche P. Dolabella non sarà stato probabilmente l'immediato successore di Vibio Postumo nel comando dell'altro esercito delmatino, perchè anch'egli cessò dal consolato col finire di giugno dello stesso anno 763, onde converrebbe per lo meno supporre, che gli fosse stata assegnata la provincia, mentre ancora reggeva i fasci, il che non fù certo uno dei costumi ordinarj dell'impero di Augusto. Ciò posto, io porto opinione che i loro predecessori fossero il nostro anonimo, e Nerva Siliano, i quali saranno stati memorati in questo luogo da Vellejo, come quelli che subentrarono nel governo dell'Illirico dopo la cessazione della guerra. Così sarà vero che il primo *functus sit splendidissimo ministerio in Illyrico*, e che l'altro abbia avuto come il padre una provincia militare, e così sarà pur vero che ambedue avessero ragione di querelarsi della fortuna per essere stati *defecti materia adipiscendi triumphalia*, commettendo loro due eserciti in tempo di pace. Resterebbe soltanto l'obbjezione, che con tutto questo la loro ricordanza entra molto poco a proposito della descrizione della guerra illirica, nella quale essi non ebbero alcuna parte: ma è appunto questa difficoltà che mi fà meglio persuadere della mia opinione, perchè anche Vellejo ha preveduto quest'accusa, e quindi conchiude il discorso di loro con dire: *horum virorum mentioni si quis quaesisse me dicit locum, fatentem arguet: neque enim justus sine mendacio candor apud bonos crimini est.*

Si ha pure da chiarire l'altra caratteristica dallo storico attribuita all'anonimo, quando asserisce che poco dopo conseguì un altro splendidissimo ministero nell'Africa: *et mox in Africa*. In quella provincia non cade questione che, se quel ministero era capace di produrre gli onori trionfali, non può essere stato se non che il proconsolato, perchè dopo l'instituzione dell'impero non vi fù inviato alcun capitano straordinario, e perchè fù solo sotto Caligola che fù tolto a quei proconsoli il comando dell'esercito. Ma se sul cadere soltanto del 763 può quell'ignoto aver conseguito la legazione illirica, e se secondo il consueto ha durato circa un triennio, molto difficilmente potrà egli

esser passato al governo dell'Africa prima della morte di Augusto. Ora la serie di quei proconsoli durante il regno di Tiberio è abbastanza conosciuta. Quando egli subentrò nell'impero nel 767, vi trovò proconsole L. Nonio Asprenate suffetto nel 759, da cui per suo comando fù fatto uccidere Ti. Sempronio Gracco adultero di Giulia sua moglie (Tac. An. 1 c. 54). Ciò successe verso la fine dell'anno, onde i nuovi proconsoli non solendo andare nella provincia se non che sul finire della primavera o sul principio dell'estate sarà certo ch'ei vi rimaneva anche nei primi mesi del 768. Il Pighio gli ha dato per successore L. Elio Lamia console ordinario nel 756 appellandosi a Tacito L. IV. c. 13, da cui si ricorda insieme con L. Apronio per dirci, ch'essendo stati ambedue proconsoli nell'Africa presero in senato la difesa di C. Gracco figlio del precedente falsamente imputato nel 776 di aver dopo la morte del padre somministrato provvigioni di frumento al ribelle Tacfarinate. Troviamo poi occupato quel proconsolato da M. Furio Camillo console nel 761, sotto cui cominciò la guerra contro quel moro, ch'egli vinse nell'estate del 770, onde si ebbe in premio le insegne trionfali (Tac. L. 2. c. 52, L. 3 c. 20.). Per attestato del medesimo Tacito (L. 3. c. 21) subentrò in suo luogo il citato L. Apronio suffetto nel 761, di cui fà ricordo solamente nel 773, ma però sappiamo dalle sue medaglie, ch'egli rimase trè anni nella provincia (Eckhel t. IV. p. 148 e 231). Nel 774 gli fù sostituito Giunio Bleso suffetto nel 763, a cui fù prorogato il governo per un altr'anno (Tac. An. 3. 35 e 74), dopo di cui l'Africa fù conferita a P. Dolabella console ordinario nel 763, che coll'uccisione di Tacfarinate pose fine alla guerra nel 777 (Tac. An. 4. c. 23. 26). È innegabile una successiva lacuna nella serie proconsolare, perchè da una parte Dolabella era già in Roma nel 780, e probabilmente da qualche tempo prima (Tac. An. 4 c. 66), dall'altra non ponno esser incominciati prima del 781 i nove anni occupati da C. Vibio Marso suffetto, come io penso, nel 766, e da M. Giunio Silano ordinario nel 772, dei quali i primi trè spettano al primo (vedi le mie osserv. numismatiche Decade X osserv. 4 e 5), i sei altri al secondo (Kellermann Vig. n. 257, Dione l. 58 c. 23), che fù richiamato da Caligola nel 790 (Dione l. 59. c. 8).

Raccolto così ciò che ho trovato d'idoneo a dilucidare la presente questione, passerò ora in rivista i soggetti proposti per riempiere la lacuna del testo vellejano. Giustamente è stato scartato Elio Sejano intruso dall'edizione di Basilea, perchè s'egli non fù console, se non nell'anno in cui fù ucciso, non potè aver prima alcun dritto agli onori trionfali, e perchè è più che certo che dopo il principio della sua potenza egli non può nè meno aver veduta l'Africa. Il Giunio Bleso proposto dal Lipsio rimane escluso, non tanto perchè Vellejo ne fà ampia menzione più tardi c. 1, 25, onde non aveva bisogno di ricorrere ad un appiglio per ricordarlo in questo luogo, quanto per ragione degli onori trionfali, che conseguì appunto nell'Africa, ove anzi fù l'ultimo dei privati ad ottenere il titolo d'imperatore. (Tac. An. 3, 74, L. 4.

c. 23, e c. 26). Militano le stesse ragioni contro L. Apronio messo avanti dall'Heinsio, il quale non una, ma due volte ebbe gli ornamenti del trionfo, cioè prima in Germania nel 768 *ob res cum Germanico gestas* (Tac. An. I. c. 72), dipoi nell'Africa nel 778, siccome apparisce dal dirsi da Tacito (L. 4. c. 23), che nel 777 per le vittorie sopra Tacfarinate già esistevano *tres laureatae in urbe statuae,* ove non cade dubio che quelle statue fossero di Camillo, di Apronio e di Bleso. Aggiungasi che in Apronio non si verifica che prima militasse nella Germania, quindi nell'Illirico, mentre fù tutto l'opposto. Anche i Bipontini nel patrocinare C. Sentio Saturnino console nel 757 non hanno badato che urtavano nei medesimi scogli, mentre anch'egli è già stato lodato da Vellejo nel c. 105, ed era già trionfale nel 759 per attestato di Dione (L. 55 c. 8). Nè più opportuno mi sembra il vecchio. A Cecina Severo, a cui inchinerebbe il sig. Dott. Heyse, il quale nel 768 già contava quaranta stipendj, e che io credo suffetto nel 745 correggendo *Caecina* nel *Decimo Druso et Porcina,* o *Procina* o *Peccina Consulibus* del Digesto L. I. tit. 13, l. 1. Primieramente anch'egli è mentovato da Vellejo nel cap. 112, dipoi non può dirsi functus ministeriis in Illyrico, perchè egli era Legato della Mesia, e non fece se non che una breve apparizione sulle rive della Drava, richiamato bentosto nella sua provincia dalle incursioni dei Daci e dei Sauromati (Dione l. 35 c. 29 e 30). E non è poi vero, che dall'Illirico passasse nell'Africa, mentre invece dalla Mesia andò Legato della Germania inferiore (Tac. An. I. c. 31, 68, L. 2. c. 6), ove anzi meritò gli onori trionfali (L. 1 c. 72), altro motivo di esclusione per lui. Tornato a Roma nel 770 per seguire il trionfo di Germanico, lo troviamo poi in senato nel 773 (An. 3. 18) e nel 774 (An. 3. 33), oltre di che la serie dei proconsoli africani lo rigetta abbastanza in quei tempi dal loro numero. Fermo però che tra questi deve cercarsi l'anonimo di Vellejo, io seguiterò ad osservare che non si può fermar l'occhio sopra L. Asprenate, perchè lo storico ne ha già parlato nel c. 120, ove dall'accusa che gli dà parmi poter arguire, che, quando scriveva, non fosse più vivo: non fù P. Dolabella, quantunque in lui sussista che imperasse prima nell'Illirico, e poscia nell'Africa, perchè è tanto lungi dal vero, che a lui mancasse la materia degli onori trionfali, che anzi lo meritò coll'uccisione di Tacfarinate e li richiese a Tiberio da cui gli furono negati, *ne Blaesi laus obsolesceret* (Tac. l. 4. c. 26); non infine fù Vibio Marso, perchè i suoi ministerj non furono esercitati nella Germania, e nell'Illirico, ma nella Siria (Tac. l. 2. 74, 79). Se ne conchiude per tanto che io non trovo altra persona acconcia se non che L. Elio Lamia. È vero che gli storici non hanno parlato se non che degli ultimi anni della sua vita, ma almeno in quel poco, che sappiamo di lui, nulla s'incontra che attrae così questa congettura. Quando Vellejo chiudeva la sua storia nel 783, egli era ancor vivo e fiorente nella grazia di Tiberio, il quale due anni dopo gli diede la principale delle cariche senatorie, cioè la prefettura di Roma vacata per la morte di L. Pisone nel 785 (Tac. An. 6. c. 10, Dione l. 58 c. 19), onde starà

bene che il nostro adulatore volendo ad ogni costo blandirlo, ne introducesse le lodi anche dove il suo argomento non le chiamava. A lui converrà l'elogio di vir antiquissimi moris (è l'amico Elio Lamia commendato da Orazio L. 1 ode 26 e 36, L. 3 ode 17). Come ho detto, egli fù console ordinario nel 756, ma deve anche aver seguito la carriera militare, perchè Tiberio dopo il 772 lo aveva destinato Legato della Siria (Tac. An. 6 c. 27, Dione l. 58. c. 19), la qual provincia essendo posta sulla frontiera romana contro i Parti fù data mai sempre ad uomini esperti nell'arte della guerra. È dunque probabilissimo che dopo il consolato seguisse Tiberio in qualità di suo Legato nella spedizione germanica dal 757 al 759, che, quantunque magnificato da Vellejo, pure non diede occasione di trionfo. Può quindi aver avuto una qualche carica urbana, ed esser questa la ragione per cui non intervenne alla guerra pannonica e dalmatica. Certo è poi, che sull'esempio di molti altri gli conveniva dopo i fasti una provincia cesarea innanzi che la sorte venissegli ad attribuire la provincia senatoria, e quantunque non sia memorata da alcuno, parmi tuttavia che resti qualche indizio, che l'abbia avuta realmente. Io osservo che il nostro Lamia fù console nel 756, e proconsole d'Africa nel 768, e che viceversa L. Asprenate fù console nel 759 e proconsole nel 767, quando secondo la legge della sortizione basata sopra l'anzianità Lamia doveva avere la provincia innanzi d'Asprenate. Sò bene, che qualche piccola alterazione fù portata alla sortizione dalla legge Papia Poppea promulgata nel 762, che accordò la prelazione fra i sortienti a chi aveva maggioranza di figli, ma ella non saprebbe cagionare tanta discrepanza. La ragione sarà resa, se si supponga, che, quando giunse il turno di Lamia, egli si trovasse impiegato altrove in servizio di Cesare, onde gli fosse differito l'esercizio del suo dritto. Stando alla proporzione di Asprenate e di Camillo la sorte di Lamia sarebbe caduta nel 764, del che ognun vede quanto di probabilità si accresca all'opinione che a lui attribuisce questo luogo di Vellejo, dal quale per le cose già dette risulterebbe, ch'effettivamente in quest'anno egli era occupato in una delle due legazioni dell'Illirico. Certo è poi che niuno ci dà il minimo cenno, ch'egli abbia avuto gli onori trionfali, e che anzi non ebbe ragione di averli, se resse uno degli eserciti illiriciani, dopo che il paese era stato pacificato da Tiberio, e se fù proconsole dell'Africa innanzi, che ci cominciasse la guerra di Tacfarinate. Per lo che se niuno degli altri requisiti richiesti nell'anonimo di Paterculo rimane escluso da altra parte in costui, e se in lui solo concorrono i trè principali di essere stato proconsole dell'Africa, di non aver avuto gli onori trionfali, e di essere tuttora vivente, e beneviso a Tiberio nel 783, condizione comune ad assai pochi consolari, come si può vedere scorrendo i primi libri di Tacito, io non dubiterò di ammettere per certa la correzione del Krausio e del Ruhnkenio: *Nam Aelius Lamia,* tanto più che si trova una qualche reliquia di questi nomi nella corruzione del testo, facile essendo il convertire l'*etet iam* in *ael lam*.

INDICE DELLE MATERIE.

I. MONUMENTI.

a. *Scultura*. Pallas Tritogeneia. (Mon. vol. IV, tav. I); *Herm. Hettner*. p. 112—132. Ercole col cervo; due gruppi in bronzo e marmo del R. Museo di Palermo e del Museo Campana in Roma (Mon. vol. IV, tav. VI—VIII, tav. d'agg. F.); *Enr. Keil*. p. 175—186. Sepolcro di Xanthos detto dalle Arpie (Mon. vol. IV, tav. II, III tav. d'agg. B.C.); *Em. Braun*. p. 133—155. Amfiarao accolto nel seno della terra (Mon. vol. IV, tav. V, tav. d'agg. E.), *F. G. Welcker*. p. 166—174. Bassorilievo inedito della Villa albana (Mon. vol. IV, tav. IV); *C. Blessig*. p. 155—160. Sarcofago rappresentante cerimonie nuziali (Mon. vol. IV, tav. IX); *Enr. Brunn*. p. 186—200.

Lettera del ch. prof. *C. Cavedoni* al dott. Em. Braun sopra un'antica tazza di vetro del R. Museo estense di Modena (tav. d'agg. G.) p. 161—166.

b. *Pittura vascularia*. Sileno innanzi al rè Mida, Vaso del R. Museo di Palermo ed altro proveniente dagli scavi chiusini (Mon. vol. IV, tav. X, tav. d'agg. H. e D. 3); *Em. Braun*. p. 200—213. Processione trionfale, di Ercole ed Iolao (Mon. vol. IV, tav. XI); *Gio. Luigi Ussing*. p. 213—225. Combattimento di Diomede contro i Messapj (tav. d'agg. I); *Teod. Panofka*. p. 226—228. Peitho e Charis (tav. d'agg. K.); *Teod. Panofka*. p. 229—231. Vaso a soggetto comico di Lentini (Mon. vol. IV, tav. XII); *Lud. Stephani*. p. 245—267.

c. *Numismatica*. Kerkine città del Chersoneso taurico introdotta nella serie numismatica. (tav. d'agg. L.); *Iul. Friedlaender*. p. 232—234.

d. *Epigrafia*. Sopra una tegola iscritta siracusana, discorso letto dal reverendissimo prof. *P. Matranga* nell'adunanza dell'Instituto intitolata al natale di Roma li 21 aprile 1845 (tav. d'agg. M. N.); p. 235—245.

De tabula alimentaria Baebianorum (tab. adj. A.); auctore *G. Henzen*. p. 5—111.

II. LETTERATURA.

Lettre à M. Schorn; supplément au catalogue des artistes de l'antiquité grecque et romaine; par M. Raoul-Rochette. 1845. 8.; *Enr. Brunn*. p. 268—287.

III. OSSERVAZIONI.

De comitio Romano, curiis Ianique templo scripsit *Th. Mommsen* ICTVS. (tav. adj. O.); p. 288—318. Lettera del sig. conte *Bartol. Borghesi* al sig. dott. Henzen. p. 319—24.

TAVOLE D'AGGIUNTA.

A. Tavola bebiana.
B. 1. Medaglione di Selinunte.
2. Pasta di vetro con giovane vincitore che porta un gallo.
C. 1. Tazza pubbl. dal Tischbein: Vittoria con elmo.
2. Vaso nolano con giovane guerriero che porge l'elmo al pedotriba.
D. 1. 2. Medaglie inedite della raccolta del Campana.
3. Tazza del Museo gregoriano col rè Mida.
E. Amfiarao, dipinto paretario pubbl. dal cav. Zahn.
F. Ercole col cervo, gruppo di bronzo dell'I. R. Museo di Firenze.
G. Tazza di vetro dell'I. R. Museo estense.
H. Vaso chiusino rappresentante Sileno innanzi al rè Mida.
I. Combattimento di Diomede contro i Messapj, vaso del R. Museo di Berlino.
K. Peitho e Charis, vaso del R. Museo di Berlino.
L. Medaglie di Kerkine.
M. Tegola siracusana con istrofa di Pindaro.
N. Frammento d'iscrizione siracusana.
O. Pianta del Foro e del Comizio secondo le idee del dott. Mommsen.

NIHIL OBSTAT.
I. Melchiorri Cens. Philol. Deput.

IMPRIMATVR
Fr. D. Buttaoni Ord. Praed.
S. P. A. Magister

IMPRIMATVR
I. Canali Patriarcha Constantinop.
Vicesg.

	LANI	HS LXXXVIIS
	N HS	
	CASA	HS L
	AEST	
II		
	CEIANI	HS L
	O PRIMO	
	MINOR	HS CL
	EBIO AMPLI	
IPT	FVND	
	CTAVIO	
	C IN HS VI	
	ENEVENT	HS LXXV
	HS III	
	ENEVENT	HS LXXXIX
	ST HS L	
	BENEV	HS LXXV
	IANI ET	HS CCCC
	BENEVENT	HS LXXV
	EST HS LX	
	PAGO	HS C
	S	



S
C
REALIT

ANTONINVS AVG PIVS P P TR P
COS IIII
S C
RALITAS





ΕΝΝΙΩΝ
ΕΠΟΙΗ
CEN

ΕΝΝΙΩΝ
ΕΠΟΙΗ
CEN



ΜΝΗΘΗ
ΘΑΓΟΡΑ








2
Æ


1
Æ


3
Æ


Hypakiris fl.
Kerkine
Kalosbinen
Kerkine



ΝΕΑΝΙΤ
ΛΕΟΝΤΑΙ
ΙΔΑΤΤΑΝ
ΣΣΑΙΣΟ


Ann. 1844.
Theatrum Marcelli
Forum Olitorium
Castoreli
A
L
c
Occidens
b
b
Argiletum
a
Forum Boarium
Forum Iulium
K
b
M
I
O
N
e
P
f
Q
R
f
S
PALATINVS MONS
x
Meridies
m
Ve